



Gala  
Gab. RB  
Est.  
Tab. 39  
N.º 12

J. C. D.  
L. - Barre

1788

~~Ex Libris~~

10 - 15 - 13

==

120

RELECTIO  
DE ECCLESIASTICA  
HIERARCHIA

AD

*Caput Cleros, & ad cap. Perlectis 21. & 25. Distinctione.*

IN

TRES PARTES DIVISA.

Philippo III. Hispaniarum Regi dicata.

AVTORE SEBASTIANO CÆSARE IN ACADEMIA  
Conimbricensi Pontificij Iuris professore, & in sacro  
fidei causarum Tribunali Senatore.



CONIMBRICÆ.

Superiorum permissu.

Typis Didaci Gomez de Loureyro. Anno Domini 1628.

*Handwritten signature or scribble in brown ink.*

RELLECTIO  
DE ECCLESIASTICA  
HIERARCHIA

AD

Capitulum, & ad cap. Pontificis & ad Dignitates

IN


TRES PARTES DIVISA

Philippo III. Hispaniarum Regi dicata.

AVTORE SEBASTIANO CESARE IN ACADEMIA

Consistorio Pontifici Juri profectore & in sacro  
Sacerdotio Tribunali Senatore.

20272



COMITIBUS BRITANNIAE Superiorum Peninsulae

J. P. Didaci Gomez de Lorteyro Anno Domini 1688

*[Handwritten signature or scribble]*



PHILIPPO III. HISPANIARVM  
Regi Catholico Augustissimo.

**M**AGNUM meditor: quo nihil unquam mihi vel  
afferre quisquam maius, vel ego met mihi optare me-  
lius potui, patrocinium tuum, Regum ter Maxi-  
me. Vereorque ne sit tantum, quantum nec meritis assequi, nec  
viribus queam sustinere. Desisteremque profecto, nisi eadem,  
quæ maiestate terret facies, benignitate reuocaret. Itaque corã  
venire potui, ac eo fidentius, quò pluribus teneri, trahi que ad  
te vinculis sentiebam; nam cum utraq; & Cesarum, & Perei-  
rarum familia, quorum sanguine nobilitor, maiestati se tuæ to-  
tam addixerit, consecraritq; quicquid ab eis, vel militiæ, vel  
domi gestum est, quicquid fructus inde perceptum, tam est tuum,  
quam ea sunt Domini, quæ à seruis comparantur. Accrescit am-  
plius: cum enim maiores mei, tum Parens & germani fratres  
consilio, & bello, terra, mariq; serenissimis Regibus, proavis  
tuis, continuam si minus quam debebant, certe ut poterant, na-  
uarint operam. Ego tamen ad togam natus, educatusque lite-  
rariam arripui, ne qua parte seruitio tuo Rex Opt. Max. de-  
esse videremur; ut qui sciamus proprium esse Cesare.e gentis ar-  
ma cum libris, enses cum calamo coniungere. Ducem habui,  
qui facem præferret auunculum D. Antonium Pereira, tuum  
Regium Senatorem, qui cum mihi viam feliciter aperuit, tum  
aditum ad amplissimam gloriam fecit. Atq; ut istius Aquilæ  
pullus, volare ingenio doctus, & in studijs plumatus cum li-  
brare me vellem & aeri credere, in solem Maiestatis tuæ in-

tendi aciem oculorum : illius exemplo qui te è tam propinquo  
intuetur. Ne vero ille me degenerem arguat, radios paulisper  
contrahere, splendorem tempera, & patere accessum ; neque in-  
dignū magnitudine, putes tua, maiestatem inflectere, cum nisi  
tu te demittas, nullis ad te gradibus possimus ascendere. De-  
cetq; Ecclesiasticam Hierarchiam, quam tuis armis protegis,  
tuis opibus sustentas, tuis sumptibus auges, tua industria pro-  
pagas, tuis auspicijs feliciter consecrari. Quod vero hic primus  
ingenij mei fructus sit, non ideo acerbus, & immaturus videa-  
tur: nam, & primitiæ fructuum gratiores, & sacratiores exi-  
stunt, & qui tuis auspicijs sati, tua beneficentia alti fuerunt,  
citiùs maturescere æquum est, præsertim cum pro meis maxi-  
mis erga te debitis solutio fuerit maturanda. Vale

Sebastianus Cesar.





## LECTORI.



**P**RÆFARI pauca in ingressu operis, ut Auctores alij æquum sibi esse, sic mihi ego propè necessarium duco. Nam ipsa operis inscriptio magnificum quiddam & sublime præfert, & propter quod vadimonium deserere possit: ac scribenti fortasse inuidiam mouet. Hæc ut mittam & suam gratiam colligam, Lector beneuole, profiteor nolle me hac quasi venditione ingenij, & ostentatione scientiæ, gloriã aucupari: sed communi utilitati, commodoque seruire. Neque tam speciosa sectari studio iactantiæ, quam honesta, & utilia, officij & obsequij voluntate. Hac igitur ductus cum in commune bonum, quicquid ex priuatis studijs collegeram conferre vellem: nullo me magis profuturum putavi, quã hoc de Vniuersa Ecclesiastica Hierarchia opere suscepto, ac emisso in vulgus. Res est tum grauis per se, tum scitu digna, tum difficilis tractatu. Hi fuerunt ad aggrediendam aculei. Optimum prætereà factu visum, sacri Principatus dignitates, munia, & officia quæ summa sane consentione & ordine inter se cohærent administranturque, in methodum doctrinamque redigere. Præsertim cum de ipsa qua de agimus Hierarchia, sparsim Auctores, & carptim multa dixerint, quæ prope necesse fuit colligere; ac ex eis quasi dissipatis, dispersisque membris vnum corpus faciemque formare. Rem itaque sum aggressus: quam sic disposui, ut primum speciem quandam totius Hierarchiæ sub vnum quasi aspectum proponerem: ut quam pulchra esset spectaretur è trunco. Deinde singula membra expenderem, ut facile appareret, quam aptæ, quam perfectæ partes essent, è quibus absolutissimum illud totum consurgeret. Quare à Summo Pontifice hoc est ab ipso capite orsus, per reliqua membra descendens: ad Cardinales, & Legatos venio: ab his ad Patriarchas, & Metropolitanos: quibus addo Episcopos, & Chorepiscopos: his adijcio Presbiteros: Mox

*Plin. in  
Prefact.*

Diaconos, & Subdiaconos adiungo: quibus minores ordines subij-  
 cio. Denique alias Potestates ad iurisdictionis vsum introductas ad  
 calcem referuo. Hæc operis dispositio. Tractatio ea erit, quam in-  
 genij mediocritate consequi potui. Si quid desideretur, id non socor-  
 diæ non incuriæ tribuas: nam opus multarum vigiliarum fuit, & nõ  
 minus elucubrando, quam studendo confectum. Neque vero teme-  
 titatis arguas: nam non præcipitata editio est, sed in annos pressa ex  
 præscripto Horatij, quanquã non tot, quot Isocrates Panegyricũ præ-  
 sit. Scio profundam super scribentes altitudinem temporis venturam  
 è qua pauca ingenia caput exerent quod timebat Seneca: solatur me  
 tamẽ illud Fabij: quod altius ibunt, qui ad summa nitentur. Da dextrã  
 Lector, & tolle. Vale.

*In Arte  
 Poet.  
 Seneca  
 Epist. 109  
 In Proc.  
 Institut.*



*Plin. in  
 Præfat.*

*[Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including words like 'Lector', 'Vale', and 'Seneca']*

INDEX

O Padre Doutor Jorge Cabral, e o Padre Doutor João de Mattos vejam este Tratado, e com sua aprovação torne.  
Lisboa 20. de Agosto de 1627.

O Bispo Inquisidor Geral.

**O** Aproveitamento do Padre Doutor Jorge Cabral, lente de Prima de Theologia Iubilado na Companhia de IESVS.

**P**RAEVIDI hunc librum, cuius titulus est Relectio de Ecclesiastica Hierarchia, ad cap. Cleros, & ad cap. Perlectis 21. & 25. Distinctione compositum à Sebastiano Cesare in Academia Conimbricensi iuris Canonici professore & sanctae Inquisitionis deputato; in eo quod sanctae fidei catholicae, aut bonis moribus aduersetur, nihil reperi, plurima vero quae Autoris ingenium, eruditionem, & sapientiam maxime comendant, ideoque opus dignissimum censeo, quod typis excudatur. Vlyssipone, in Domo D. Rochi Societatis IESV. 25. Augusti Anni 1627.

Doctor Jorge Cabral.

Est à conforme com o original. S. Roque 28. de Março 1628.

D. Jorge Cabral.

T A Y X A.

**T**Aixão este Liuro a quatro reis a folha. Lisboa 30. de Março de 1628.

Cabral. PimentadaBreu. Salazar.

Summa do Priuilegio Real.

**S**Va Magestade fez merçe a Sebastião Cesar de Menezes que nenhum Impressor, nem Liureiro possa imprimir, nem trazer de fora este Liuro por tempo de dez annos, como mais largamente consta do Priuilegio, Lisboa a 30. de Março de 1628.

Aprouação do Padre Doutor João de Mattos lente de Prima  
de Theologia na Yniuersidade de Euora da  
Companhia de I E S V.

**O** P V S de Hierarchia Ecclesiastica Autore Sebastiano Cæsare in Alma Academia Conimbricensi Pontificij Juris professore, legi accuratè, recognouique diligenter. Nihil in eo non sanæ Fidei consonum, non doctrinæ Conciliorum, & Patrum consentaneum, non virtuti cohærens, non bonis moribus congruens. Cumque in eo offendat nihil, tum omnia placent maxime. Si enim inuentionem attendas; illa præclara; si ordinem, aptissimus; si dispositionem, pulcherrima; si methodum optima; si eruditionem, plane mirabilis; si tractationem perspicua satis & dilucida; si doctrinam, ea est, quam tutò possis amplecti, deserere nescio an tutò possis. Itaque in hoc opere Autor & ingenij summi, & iudicij maturi, & studij indefessi, & memoriæ incredibile specimen egregium præbet. Quare è republica tum Christiana, tum literaria esse iudico, quod euulgetur; neque quod typis mandetur tantum, sed quod omnium manibus teratur. Eboræ die 20. Iulij Anni salutis 1627.

Doctor Ioannes de Mattos.

Licença do Sancto Officio.

**V** I S T A S as informações do Padre Doutor Iorge Cabral, & do Padre Doutor João de Mattos da Companhia de I E S V se pode imprimir este Liuro da Releição de Hierarchia Ecclesiastica, & depois de impresso torne para se conferir com seu original & se dar licença para correr, & sem ella não correrá, Lisboa 1. de Setembro de 1627.

O Bispo Inquisidor Geral.

*J* Podesse imprimir Coimbra 25. Agosto 1627.

*Bispo Conde*

Licença da Mesa do Paço.

**P** O D E S S E imprimir este Liuro vistas as licenças do Sancto Officio, & Ordinario & depois de impresso tornará a Mesa pera ser taxado em Lisboa a 12. de Outubro de 1627.

*D. de Mello.*

*Cabral.*

*Pimenta da Breu.*

# I N D E X

## Quæstionum & paragraphorum, quæ in hoc opere continentur.

### QVÆSTIO I. Proœmialis.

Vtrum in militari Ecclesia de-  
tur ordo Hierarchicus?

#### CAP. QVÆSTIONIS.

Proponuntur sententiæ & argu-  
menta hæreticorum.

- §.1. De varijs acceptionibus, &  
definitionibus nominis, or-  
do, & quomodo in præse-  
ti questione accipiatur.
- §.2. Quid sit Hierarchia, & or-  
do hierarchicus?
- §.3. In qua significatione suma-  
tur hic Ecclesia?
- §.4. Astruitur sententia Catho-  
lica huius quæstionis.
- §.5. Satisfit argumentis hæreti-  
corum in initio adductis.

### QVÆSTIO II. Proœmialis.

Quid & quot sint gradus totius  
ordinis Hierarchici, Hie-  
rarchiæ vè Ecclesiasticæ?

#### CAP. QVÆSTIONIS.

Referuntur sententiæ, hæretico-  
rumque argumenta, & Ca-  
tholica veritas astruitur.

§.1. De gradibus Ecclesiasticæ  
Hierarchiæ quoad potesta-  
tem ordinis, qui ordines  
Ecclesiastici cõmuniter nũ-  
cupantur.

§.2. De gradibus eiusdem Hie-  
rarchiæ quoad potestatem  
iurisdictionis, & quoad dig-  
nitates Ecclesiasticas.

§.3. De alijs officijs Ecclesiasti-  
cis præter ordines, & dig-  
nitates, quæ in Ecclesia  
Primitiua fuerẽ.

§.4. De officijs Ecclesiasticis  
quæ modo in Ecclesia repe-  
riuntur, & primum de of-  
ficijs ratione beneficij.

§.5. De officijs Ecclesiasticis ra-  
tione administrationis, si-  
ue rerum sacrarũ, siue Ec-  
clesiasticarum temporaliũ,  
siue piarum actionum, &  
locorum.

### QVÆSTIO III. Proœmialis.

Vtrum octo Ordines suprã nu-  
merati, Episcopus, Præsbi-  
ter, Diaconus, Subdiaconus,  
Acolytus, Exorcista, Lector,  
Ostiarius proprie tãtum sint  
ordines Ecclesiastici?

§.1. Vtrum

# I N D E X

§. 1. Vtrum octo ordines supra numerati sint vere ordines Ecclesiastici?

## QVÆSTIO III. proœmialis.

§. 1. Vtrum omnes illi octo ordines, aut quinam ex illis, vere sint sacramentum?

§. 2. Vtrum ordines Subdiaconatus, & Diaconatus sint vere sacramenta à Christo Domino instituta?

§. 3. Vtrum sacerdotiũ, & Episcopatus sint vere Sacramenta?

¶ Prima pars Relectionis.

## DISPV TATIO I.

De Romano Pontifice, seu summo Hierarcha.

§. 1. Vtrum Romanus Pontifex sit Ecclesiasticę Hierarchię caput?

§. 2. Vtrum electio Summi Pontificis ad homines pertineat, & ad quos?

§. 3. Vtrum Pontifex deponi possit, & à quibus?

§. 4. Vtrum Pontifex errare possit?

§. 5. Quid possit Summus Pontifex, & in quos?

§. 6. De excellētia Romani Pontificis super omnes Ecclesiasticę Hierarchię gradus.

## DISPV TATIO II.

De Cardinalibus.

§. 1. De origine, & antiquitate Cardinalatus, & de eius nominis significatione.

§. 2. De excellentia, & prærogatiua dignitatis Cardinalium.

§. 3. De comparatione Cardinalium cum Episcopis.

§. 4. De officio Cardinalium.

§. 5. De priuilegijs in iure, Cardinalibus concessis.

§. 6. Vtrum mortuo Papa illius iurisdictio sit penes Cardinales?

## DISPV TATIO III.

De Legatis.

§. 1. De origine, & diuisione Legatorum.

§. 2. De prærogatiuis, & priuilegijs Legatorum.

## DISPV TATIO IIII.

De Patriarchis, & Primatibus.

§. 1. De institutione, seu origine Patriarcharum, & Primatum.

§. 2. De Patriarchis maioribus, seu principalibus.

§. 3. De Patriarchis, seu Primatibus minoribus.

§. 4. De iurisdictione, seu potestate Patriarcharum, & Primatum.

§. 5. Vtrum

# I N D E X

§. 5. Vtrum in Hispania detur Primatus, & quisnam sit Hispaniarum Primas?

## DISPUTATIO V.

De Archiepiscopis, seu Metropolitanis.

§. 1. De institutione, & origine Archiepiscoporum, seu Metropolitanorum.

§. 2. De potestate, & officio Archiepiscoporum.

## DISPUTATIO VI.

De Episcopis.

§. 1. De Episcoporum nomine, origine, & institutione.

§. 2. De ordinatione, & consecratione Episcoporum.

§. 3. De iurisdictione, & potestate Episcoporum ratione ordinis.

§. 4. De potestate Episcoporum ratione iurisdictionis.

## DISPUTATIO VII.

De Chorepiscopis.

§. 1. De origine, institutione, & officio Chorepiscoporum.

§. 2. De potestate Chorepiscoporum.

¶ Secunda pars Relectionis.

## DISPUTATIO VIII.

De Præsbyteris.

§. 1. De nominis significatione & institutione Præsbyterorum.

§. 2. De potestate Præsbyterorum circa Sacramentum Eucharistiæ.

§. 3. Vtrum soli Præsbyteri sint ministri sacrificij Missæ.

§. 4. An Præsbyteri sint soli necessarii ministri sacramentorum, nimirum Extremæ Vnctionis, Baptismi, & Matrimonij.

§. 5. De potestate Præsbyterorum in Sacramento poenitentia.

§. 6. Vtrum sacerdotes aliquam habeant potestatem in foro exteriori?

§. 7. Vtrum Præsbyteris iure diuino, seu lege Apostolica, vel ab Apostolorum tempore, continentia votum fuisset iniunctum?

§. 8. De materia, & forma Ordinationis.

§. 9. De officijs Præsbyterorum.

DIS-

I N D E X

DISPUTATIO IX.

De Diaconis.

§.1. De institutione diaconorū.

§.2. De officijs diaconorum.

DISPUTATIO X.

De Subdiaconis.

§.1. De institutione Subdiaconorum.

§.2. An Subdiaconatus Ordini sit, vel fuerit omni tempore annexum votum castitatis?

§.3. De officijs Subdiaconorum

DISPUTATIO XI.

De Minoribus Ordinibus.

§.1. De ordine Ostiarij.

§.2. De ordine Lectoris.

§.3. De ordine Exorcistæ.

§.4. De ordine Acolythi.

¶ Tertia pars Relectionis.

DISPUTATIO XII.

De dignitatibus Cathedralibus.

§.1. De Archidiaconis.

§.2. De Archipræbiteris.

§.3. De Primicerijs.

§.4. De Magistro Scholæ.

§.5. De Præpositis.

§.6. De Canonicis.

DISPUTATIO XIII.

De dignitatibus non Cathedralibus.

§.1. De Prioribus.

§.2. De Abbatibus.

§.3. De Plebanis.

DISPUTATIO XIII.

De beneficijs.

§.1. De diuisione beneficiorum.

§.2. De principalibus beneficijs

§.3. De Capellanis.

§.4. De Hospitalibus seu de obtinentibus hospitalia.

§.5. De Præstimonarijs.

§.6. De Præceptoribus Ordinū Militarium.

§.7. De Commendatarijs beneficiorum secularium.

§.8. De Vicarijs.

§.9. De Coadiutoribus.

§.10. De Pensionarijs.

§.11. De Regularibus beneficijs.

DISPUTATIO VII.

De Choropiscopis.

§.1. De origine, institutione & officio Choropiscopi.



# INDEX

Textuum, qui in hoc opere notabilius  
explicantur.

## Ex Decreto.

*Caput Multi* 40. *Distinctio*,  
*questione* 1. *Proem.* §. 5. n. 1.  
*Caput Diaconum* 89. *distinct.*  
 q. 2. *Proem.* §. 5. n. 13.  
*Caput Illud* 77. *Distinct.*  
*quest.* 3. *Proem.* §. 1. n. 4.  
*Caput Dominus* 93. *Distinct.*  
*quest.* 4. *Proem.* §. 2. n. 11.  
*Caput si Papa*, 40. *Distinct.*  
*disputatione.* 1. §. 3. n. 8.  
*Caput Anastasius* 59. *Distinct.*  
*Disp.* 1. §. 4. n. 3.  
*Caput Nunc autem*, 21. *Distinct.*  
*Disp.* 2. §. 4. n. 14.  
*Caput Renouantes.* 22. *Distinct.*  
*Disp.* 4. §. 2. n. 6.  
*Caput Cum longe* 63. *distinct.*  
*Disp.* 4. §. 5. n. 37.  
*Caput Olim* 95. *distinct.*  
*Disp.* 6. §. 1. n. 13.  
*Caput legimus.* 93. *distinct.*  
*disp.* 6. §. 1. n. 13.  
*Caput Porro* 66. *distinct.*  
*Disp.* 6. §. 2. n. 8.  
*Caput Valentinianus.* 63. *distinct.*  
*Disp.* 8. §. 2. n. 18.  
*Caput Vltimum* 60. *distin.*  
 q. 4. *Proem.* §. 2. n. 12.  
*Caput in sancta* 92. *distinct.*  
*Disp.* 12. §. 6. n. 8. & n. 10.  
*Caput Saluator.* 1. *questione*, 3.  
 q. 2. *Proem.* §. 5. n. 34. & 35.  
*Caput Dictum.* 1. q. 1.  
*Disp.* 1. §. 4. n. 3.  
*Caput Arrianos* 1. q. 1.  
*Disp.* 1. §. 4. n. 10.

*Caput Quod proposuisti*, 32. q. 7.  
*Disp.* 1. §. 4. n. 10.  
*Caput Et sit illa* 1. q. 7.  
*Disp.* 6. §. 3. n. 10.  
*Caput Daibertum.* 1. q. 7.  
*Disp.* 6. §. 2. n. 12.  
*Caput nos consecrationem.* 9. q. 1.  
*Ibidem.*  
*Caput qui perfectionem.* 1. q. 1.  
*Disp.* 6. §. 3. n. 15.  
*Caput Diaconissam*, 27 q. 1.  
*Disp.* 8. §. 2. n. 25.  
*Caput Nemo*, 2. q. 1.  
*Disp.* 8. §. 6. n. 19. & 23.  
*Caput Alia*, 16. q. 2.  
*Ibidem* n. 23.  
*Caput Miramur*, 24. q. 1.  
*Ibidem.*  
*Caput Videntes, cap. Habebat*, 12. q. 1.  
*Disp.* 14. §. 2. n. 6.  
*Caput Qui plures*, 21. q. 1.  
*Disp.* 14. §. 7. n. 1.  
*Caput A quodam Iudao, de Consecr. dist.* 4.  
*Disp.* 1. §. 4. n. 11.  
*Caput Sanctum de Consecratione dist.* 4.  
*Disp.* 8. §. 2. n. 10.  
*Caput Verbum de Penitent. distinct.* 1.  
*Disp.* 8. §. 5. n. 13.  
*Caput 1. de Penit. distinct.* 6.  
*Disp.* 8. §. 2. n. 10.  
 Ex Decretalibus.  
*Caput Tua.* 4. *de Cleric. agrotante.*  
 q. 1. *Proem.* §. 5. n. 1.  
*Caput ad audientiam* 31. *de Rescrip.*  
 q. 2. *Proem.* §. 4. n. 16. & *disp.* 14. §.  
 10. num. 7.  
*Caput Dilecto* 25. *de Prabend.*  
 q. 2. *Proem.* §. 5. num. 28.

## Index Textuum.

- Caput Cū contingat de Aetat. & qualit.  
 q.3. Praem. §. 1. n. 7.  
 Caput Enim ultim. de tempor. ordin.  
 q.4. Prom. §. 1. n. 13.  
 Caput Laudabilem de Conuers. infidel.  
 l.p. disp. 1. §. 4. n. 11.  
 Caput cum esses de Testam.  
 Disp. 1. §. 4. n. vltm.  
 Caput Luca de sponsalibus,  
 Disp. 1. §. 4. n. 11.  
 Caput Translato de constitutionibus,  
 disp. 1. §. 4. n. 11.  
 Caput Per venerabilem, Qui fil. sint legi.  
 Disp. 2. §. 1. n. 13. & §. 4. n. 14.  
 Caput Prohibemus 7. de censibus.  
 Disp. 3. §. 2. n. 26.  
 Caput Sane de foro competentī,  
 Disp. 4. §. 4. n. 4. 5. 6. 7.  
 Caput Antiqua de Priuilegijs,  
 Disp. 4. §. 4. n. 10.  
 Caput 3. de Foro compet.  
 Disp. 5. §. 2. n. 8.  
 Caput Pastoralis de offic. ord.  
 disp. 5. §. 2. n. 13.  
 Caput Ad reprimendam de offic. ordin.  
 disp. 5. §. 2. n. 13.  
 Caput Duo simul de officio ordinari.  
 disp. 5. §. 2. n. 15. & 18.  
 Caput Significasti de foro compet.  
 disp. 5. §. 2. n. 15.  
 Caput 2. de Concessione prabend.  
 disp. 5. §. 2. n. 20.  
 Caput 1. & 3. de Supplenda neglig.  
 disp. 5. §. 2. n. 20.  
 Caput Nullus de iure patronat.  
 disp. 5. §. 2. n. 22.  
 Caput Irrefragabili de offic. ord.  
 disp. 5. §. 2. n. 30.  
 Caput Inter corporalia de transl. Episc.  
 disp. 6. §. 2. n. 24. & 25.  
 Caput Licet de Translat. Episcop.  
 disp. 6. §. 2. n. 24. & 25.  
 Caput Conquerente de officio Ordinar.  
 disp. 6. §. 4. a. n. 27.  
 Caput Dilectus eodem tit.  
 Ibid. a. n. 27.  
 Caput Quanto de Consuetudine  
 Disp. 8. §. 2. n. 8.  
 Caput Aqua de Consecr. Eccles.  
 disp. 8. §. 2. n. 8.  
 Caput 3. de Furtis,  
 disp. 8. §. 2. n. 10.  
 Caput Dilecta de Maiorat. & obedient.  
 disp. 8. §. 2. n. 26. & 28.  
 Caput Fures de Furtis,  
 disp. 8. §. 5. num. 8.  
 Caput 2. de Offic. Ord.  
 disp. 8. §. 5. n. 13. & §. 6. n. 19.  
 Caput Cum ab Ecclesiarū de Offic. Ordinar.  
 disp. 8. §. 6. n. 25. & disp. 13. §. 3. n. 7.  
 Caput Archidiaconis. 5. de officio Archid.  
 disp. 12. §. 1. n. 12.  
 Caput 2. de officio Archipresbiter.  
 disp. 12. §. 2. n. 5.  
 Caput cum Accessissent de constit.  
 disp. 12. §. 3. n. 6.  
 Caput Ad aures de rescript.  
 Ibidem, & n. 7.  
 Caput In genesi de Electione.  
 Ibidem.  
 Caput de Multa de prabend.  
 disp. 12. §. 3. n. 7. & disp. 14. §. 7. n. 9.  
 Caput Quauis de verbor. signif.  
 disp. 12. §. 4. n. 2.  
 Caput Tua de verb. signif.  
 disp. 12. §. 6. n. 40.  
 Caput Pro illorum de Prabend.  
 Ibid. n. 41.  
 Caput Dilectus de Prabend.  
 Ibid. n. 45.  
 Caput In nostra de rescript.  
 disp. 12. §. 6. n. 46.  
 Caput Licet de Prabend.  
 Ibid. n. 8.  
 Caput Vltim. de Offic. Archid.  
 disp. 13. §. 3. n. 5.

Caput

## Index Textuum.

Caput ultim. Ne cler. vel Monach.

disp. 13. §. 3. n. 1.

Caput Quod Dei timorem. de stat. monac.

disp. 13. §. 3. n. 5.

Caput 1. De Maledic.

disp. 14. §. 2. n. 3.

Caput Licet. de Election.

Ibidem.

### Ex Libro Sexto.

Caput Exiit de Verbor. significat.

disp. 1. §. 4. n. 12.

Caput 1. de Officio Legati.

disp. 3. §. 2. n. 26.

Caput Praesentii. 3. de Offic. Legati.

disp. 3. §. 2. n. 27. & 34.

Caput 1. de Foro compet.

disp. 5. §. 2. n. 16. 17.

Caput 1. De consuetudine.

disp. 12. §. 3. n. 7.

Caput cum in Ecclesijs de Prabend.

disp. 12. §. 6. n. 33.

Caput unicum De cleric. non resident.

disp. 12. §. 6. n. 8.

Caput 1. de Capel. Monach.

disp. 13. §. 3. n. 4.

Caput Vbi periculum de Election.

disp. 14. §. 2. n. 3.

Caput Vltimum de Concess. prab.

disp. 14. §. 5. n. 2.

Caput Quauis de Prabend.

disp. 14. §. 10. n. 1.

### Ex Clementinis.

Clementina Qua contingit De Reliq.

Dom. 16. quest. 2. Proem. §. 5. n. 34.

& 35. & disp. 14. §. 4. n. 1.

Clement. Ne Romani de Elect.

disp. 14. §. 2. n. 3.

Clement. Per literas de Prabend.

disp. 14. §. 4. n. 6.

FINIS.

---

Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...

Ex Clementinis

Clementina...  
Clementina...  
Clementina...  
Clementina...  
Clementina...  
Clementina...  
Clementina...  
Clementina...

Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...

Ex libro Sexto

Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...  
Capitulum de...

# RELECTIO

## De Ecclesiastica Hierarchia

AD CAPVT CLEROS, ET AD CAP.  
Perlectis 21. & 25. distinctione.

IN

TRES PARTES DIVISA

### Quaestio I. Procemialis.

*Vtrum in militante Ecclesia detur ordo Hierarchicus?*

**D**E Ecclesiastica Hierarchia in praesenti Relectione tractaturus Beati Isidori textus in cap. Cleros, & in cap. Perlectis 21. & 25. distinct. operapretium duxi explicandos, quibus in locis Beatus Isidorus totus est in Hierarchico militantis Ecclesiae ordine ad triumphantis imaginem constituto per singulos illius gradus explanando. Dixitque quod post Summum Pontificem Christi Vicarium, in Ecclesia Dei praeminent Patriarchae, Metropolitanus, Archiepiscopi, Episcopi, Praebiteri, & alij, quibus Ecclesiastica Hierarchia componitur, ac spirituale Imperium regitur, & gubernatur. Haec tamen graduum diuersitas ad duas principales classes reducitur, vna scilicet respicientem potestatem iurisdictionis per singulos illius gradus sub alternè exercendae, altera vero concernentem potestatem ordinis, prout Sacramentum est, ad confectionem corporis & sanguinis Christi Domini

ni ab ipso Christo Domino institutis & quia de vtraque agit Beatus Isidorus in his iuribus de vtraque in praesenti Relectione agendum erit.

*Proponuntur sententiae, & argumenta  
haereticorum.*

#### SVMMA RIVM.

1. *Quaestio cum solis impijs haereticis controuertitur, nullum esse ordinem hierarchicum mordicus defendentibus.*
2. *Haeretici negatiuam quaestionis tenentes nominantur, & quaedam eorum dicta exprimuntur.*
3. *Haereticorum nomina, & sententiae omnes Monachos, siue Cauobites, siue Anachoretas illi sint, in totum negantium referuntur.*
4. *Error circa ordinem Hierarchicum tanquam ad Canonistarum institutum pertinens in praesenti refutatur, ceteris ad Theologos relictis.*
5. *Primum Haereticorum argumentum, & loca, quibus corroboratur, proponuntur.*

A

6 Secun-

- 6 *Secundum argumentum ex originatione ordinis hierarchici conficiunt, concludentes unitati Ecclesie, libertati, ad quam sumus reuocati, humilitati, quam ipsemet Christus seruator præcepit. repugnare.*
- 7 *Tertiò pro se adducunt locum Beati Petri, in Ecclesia Dei nullum esse personarum differentiam quasi inuentem.*
- 8 *Præcipua dubia pro negatiua quæstionis parte dicuntur adducta.*

**R**

Præsentis quæstionis controuersia cum solis impijs Hæreticis versatur; illi enim Ecclesiasticam Hierarchiam, qua sancta Mater Ecclesia velut castrorum acies ordinata, vt *Scriptura Sacra*, loquuntur *Cant. 6. & Conc. Trid. sess. 23. de sacram. Ord. c. 4.* vni Trinoque Deo militat varijs ministrorum gradibus distincta, ipsūq; subinde Hierarchicum ordinem è medio auferre conantur; omnesque Ecclesie dignitates confusè periniscientes adeò illius decorem contenebrare moliuntur, vt ne nomē quidem Clericorum superesse patiatur; eamque prorsus monstrificam reddant sine capite & membrorum varietate.

1  
*Cantic. 6. Concil. Trid.*

2  
*Vuillelm. Vuidefor. Vuald.*

Hanc hæresim ante omnes tenuit *Vuiclessus*, dum in totum sacramentum Ordinis abnegauit, vt videre est apud *Vuillelmum Vuidefordum* in libro de illius erroribus dånatis sub titulo: *Contra sacramentum Ordinis errore. 8. & 9.* constatque etiam ex traditis per *Vuald. tom. 2. de Sacram. eap. 126. & alibi sæpè.* Eandem ab orco expressius suscitauit *Lutherus hæres Vuiclessi*; cohæres autem

**A** Antichristi; quatenus non solum idē sacramentum Ordinis inficiatus est, vt patet ex lib. de Captiuit. *Babyl. cap. de Ordine*, cui etiam consentiunt *Illiricus* in confessione *Antuerpiësi*, & *Kemnitius* in 2. p. *Examinis*; sed etiam vltèrius progressus in pestilenti illo, ac plane tartareo libro de abroganda missa priuata, p. 1. *Hierarchiam Ecclesiasticā similem esse Gentilitiæ constitutioni de Sacerdotibus Iouis, Veneris, & Saturni* contendit, populumque christianum simplicem esse debere asserit, in quo prorsus nulla secta, nulla differentia personarum, nullus clericus, nullus laicus, nullus vnetus, nullus rarus, nullus monachus (vt sunt pestifera verba ipsius) esse debeat. In quo etiam errore fuit *Calvinus*, qui lib. 4. suæ iust. cap. 4. §. 9. appellationem clerici aut errore, aut certè ex praua affectione natam esse docet, cum, vt ipse inquit, *tota Ecclesia, Clerus, id est hæreditas Domini à Petro dicatur.*

**C** Neque defuerunt, qui *Monachos* omnes, siue *Anachoretæ*, siue *Cænobite* illi sint, in vniuersum execrètur, vt ijdem *Caluinistæ* lib. 4. *Instit. c. 13.* monasteria *Cænobitarum* lupanaria sceleratorum, & conuenticula schismaticorum appellantes; & *Magdeburgenses Centuriatores* cent. 4. c. 6. & 10. qui *Anachoretas* monstræ quædam humana, vel vrsos potius appellados esse cõsuerunt. Tandemque fuerunt *Anabaptistæ*, qui nec laicis parcunt, dū iurisdictione Magistratus, magistratibus vrbes, vrbi-bus genus humanum spoliant vt hæc omnia recensent *Sot. in 4. dist. 13. Soto. q. 1. art. 1. & dist. 24. quæst. 1. art. 1.* *Vuald. d. tom. 2. de Sacram. c. 116. Vuald. Ledes.*

*Ledesma.* Ledesm. 24. quæst. 36. art. 1. Henr. in  
*Henric.* Sum. lib. 10. de sacram. Ord. in pro-  
*Bellar.* oem. §. 5. Card. Bellar. de cōtrouers. f.  
 Christ. fid. tom. 2. controuers. 5. ge-  
 nerali in præfat. & lib. 1. de sacram.  
 Ord. cap. 1. & tom. 1. & lib. 1. de  
*Vasques.* Clericis, c. 1. Valq. 3. to. ad 3. p. disp.  
*Ochagau.* 135. c. 1. per tot. Ochagauia in suis  
 tract. ad vniuersam doctrinam Sacra-  
 mentorum, tractat. vnico de sacram.  
 Ord. quæst. 1. n. 4. F. Ioan. Marius  
*Mari<sup>o</sup> scri-* Scribonius in Summ. totius verit.  
*ribonius.* Theologicæ in theosimia, seu de Sa-  
 cram. disp. 7. de ordine quæst. 1. in  
 princ.

4 Relictis ergo posterioribus hære-  
 ticorum erroribus circa Monachos,  
 & Laicos, cum minus ad nostrū per-  
 tineat institutum, cōtra quos Bellar.  
*Bellar.* d. tom. 1. controuers. 5. generali lib.  
 2. & 3. per tot. non infeliciter dispu-  
 tauit; de priori nobis tantum agen-  
 dum restat, quatenus hæretici Hie-  
 rarchicum ordinem in Ecclesia non  
 dari, nec esse debere, pro negatiua  
 huius quæstionis parte satis audacter  
 & impudenter contendunt.

5 Arguunt autem impij lutherani cū  
 suo Vvicleffo. Primo ex illa 1. Petr.  
*1. Petri 2.* cap. 2. *Vos autem genus electum, regale*  
*sacerdotium, gens sancta, populus acqui-*  
*sitionis & cæt. & Apoc. 1. ibi, & fecit nos*  
*regnum, & sacerdotes Deo Patri & cæt.*  
*Apoc. 1.* & 5. ibi *fecisti nos Deo nostro regnum, &*  
*Apoc. 5.* *sacerdote & cæt.* Quæ quidam loca de  
 vniuersis Christianis communi Pa-  
 trum consensu intelliguntur; ac sub-  
 indè videntur innuere nullum inter  
 eos esse ordinem diuersum; sed om-  
 nes fideles in sacerdotali gradu con-  
 stitutos esse, vt docuit Tertull. lib. de  
*Tertull.* exhortatione castitatis c. 7. cum ait  
 exponens locum illum *Apoc. Non nē*

*& laici sacerdotes sumus? scriptum est;*  
 A *Regnum quippè nos, & sacerdotes Deo,*  
*& Patri suo.*

Secundo pro illis facit, quia ordo  
 Hierarchicus cum de se importet nō  
 solum quandam distinctionem, & va-  
 rietatem ministrorum Ecclesiæ, ve-  
 rum etiam determinatam prælatio-  
 nem, & subiectionem vnus ad alte-  
 rum (Hierarchiæ enim principatum  
 significat, vt infra explicabimus) vi-  
 detur imprimis repugnare vnitati,  
 quæ populus Christianus vnus, & sim-  
 plex esse debet; omnesque fideles  
 vnum sunt in Christo Iesu, vt *Apost.*

ait ad *Gal. 3. Non est Iudæus, neque Græcus* Ad *Gal. 3.*  
*& cæt. Omnes enim vos vnum estis* Ad *Cor. 2*  
*Christo Iesu & cæt. & ad Colloc. 2. habe-*  
*turque Ioann. 17. Deinde libertati, in*  
 quam per eundem Christum vocati  
 sumus iuxta eundem *Paul. ad Gal. 5.*  
 & illud *Ioan. 18. Si filius vos liberaue-* Ioann. 17  
*rit, verè liberi estis, & cæt. Tandemq;* Ad *Gal. 5*  
 humilitati, quam ipsemet Christus Ioann. 18  
 seruator in Ecclesia sua præcepit *Luc. Luce 22.*  
 22. ibi *Quicumq; voluerit inter vos ma-*  
 ior fieri, sit vester minister, & cæt. Ob  
 quam fortassis rationem rectissimè  
 nomine Hierarchiæ vsos fuisse vete-  
 res in hac materia inueniemus.

Tertiò adducunt autoritatem, B.  
 Petri in *Epist. sua priore cap. 5. vbi to-* 7  
 tam Ecclesiam, & fidelium congre-  
 gationem Clerum appellat, cum ad  
 Episcopos ait, *Pascite qui in vobis est*  
*gregem Dei, & cæt. iuncto infra, Non*  
*dominantes in cleris, & cæt. Quasi verò*  
 in Ecclesia Dei nulla esset differētia  
 D personarum inter clericos, & laicos,  
 vt ex illo loco deduxit Lutherus in  
 d. lib. de abrog. missa priu. p. 1.

Et ad hæc reducuntur ferè omnia  
 argumenta, quæ in proposita quæ-  
 stione  
 A2

Tertul.  
Ledes.  
D. Thom.  
Bellarm.

stione pro ratione dubitandi afferunt Card. Turrecr. in hoc cap. Cleros n. 2. dist. 21. Ledesm. 24. q. 36. art. 1. mutuati à D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 34. art. 1. in princ. Et post eos Bellarm. d. tom. 1. cōtrouer. 5. gener. lib. 1. de Cler. cap. 1. Omittendo alia quæ aduersus singulos Hierarchiæ gradus eorumque distinctionem, ac potestatem conficiunt ijdem aduersarij, de quibus infra in discursu, cum de illis sigillatim egerimus; opportunior erit disputandi locus.

### § Primus

De varijs acceptionibus, & definitionibus nominis Ordo, & quomodo in presenti quæstione accipiatur?

### SUMMARIVM.

- 1 Ordo terminus relatiuus est, sumiturque pro quadã relatione inter res superiores, & inferiores natura, loco, tempore, aut dignitate.
- 2 Ordo primo modo acceptus an recte sumatur pro ipso met gradu, qui ordinem facit, & ad sui rationem an necessario exigat prius, & posterius supremum, & infimum.
- 3 Ordo pro relatione acceptus, an à Humanistis, Theologis, & iuris vtriusq; professoribus recte definiatur, & quo modo in iure cōmuniter accipiatur.
- 4 Ordo pro rebus ipsis, quæ inter se ordinantur sumptus, an in Rep. Romana inueniretur.
- 5 Instituta religiosorū omnium, an in Rep. Christiana ordines merito appellentur.
- 6 Ordo etiam pro statu, & conditione personæ accipitur; & in hoc sensu, an

institutis religiosorum conueniat, ordines appellari, declaratur.

7 Ultimo ordo pro illa ceremonia exteriori, qua homini gradus dignitatis, seu officij confertur respectu altaris sacrosancti sacrificij accipitur.

8 Ordo an sit sacramentum, dum aliquam Ecclesiasticam ordinationem importat?

9 Vtrum ceremonia exterior, promissio gratiæ, & diuina institutio, quibus sacramenta perficiuntur in ordine inueniantur?

B 10 Ostenditur, tria prædicta in ordine inueniri, & sacramentum esse auctoritatibus sacræ pagine, Apostolorum locis & Concilijs.

11 Contra datam doctrinã aliqua Hæreticorum argumenta proponuntur, & responsiones ad ea annectuntur.

12 Ordo quatenus sacramentū est à Theologis, & iuris Pontificij professoribus varie definitur.

13 Ordinis sacramenti definitiones posite reprobantur; & in quo vitio laborent, ostenditur.

C 14 Vera sacramenti ordinis definitio proponitur, & singula illius verba explicantur.

15 An dentur ordines, qui sacramentū non sint, & tamē per illos ad peragenda ministeria sacrificij altaris potestas tribuatur.

16 Generalis nominis, ordo, definitio comprehendēs omnes ordines, & gradus, qui in Ecclesia reperiuntur.



DEterum vt in proposita quæstione Catholica veritas ab hæreticorum vendicata mendatijs dillucidior appareat, aliqua sūt necessario præsupponēda pro terminorum cognitione. Et primo



mò circa nomen, *ordo*, supponendū est, terminum istum latè patere, & multipliciter accipi; nā imprimis est terminus relatiuus, in eoq; sensu sumitur pro relatione quadā, seu respectu inter res superiores & inferiores natura, loco, tempore, aut dignitate, vt docet D. Tho. in addit. ad 3. p. d. q. 34. art. 2. ad 4. vbi post alio explicat. F. Didacus Nugno Cabez. in expositione primi articuli §. vt explicetur Sot. in 4. d. 24. q. 1. art. 1. F. Stephan. Brulefer. in 4. libros Sentent. D. Bonauent. disp. 20. lib. 1. q. 1. art. 2. Hēric. in sum. lib. 10. de sacram. Ord. c. 1. in princ. Aegid. de Sacram. disp. 20. de ord. dub. 1. n. 1. Vincent. Fillius tom. 1. moral. quæst. tract. 9. de sacram. Ord. cap. 1. n. 1. & ex nostris Turrec. in cap. Cleros. n. 2. dist. 21. Quo sensu non solum in ipsis creaturis inuenitur ordo cum influxu causæ, sed etiam in diuinis Personis datur ordo naturæ, & principij secundū originem, qua vna persona accipit esse ab alia cum reali distinctione, vt explicant Theologi cum D. Thom. 1. p. q. 24. art. 3. Durand. in 1. dist. 20. q. 2. D. Bonauent. in 1. dist. 20. art. 2. d. quæst. 1. & 2. Henric. d. cap. 1. Vasq. 2. tom. in primam partē disp. 167. c. 1. num. 1. & 2. Qui ordo, vtrum in eisdem reperiat cū priorī, & posteriorī, prout tenuit Scot. in 1. dist. 28. quæst. 3. & quodlib. 4. art. 1. Vasq. supra cap. 2. vel sine illo, pro vt affirmant S. Thom. & D. Bonau. locis citatis; disputat latè idem Vasq. proxime cap. 1. & 2. & in re prædictas sententias nihil differre explicat noster insignis Suarius de Deo Trino & Vno lib. 4. cap. 15. n. 5. 6. & 7. in quibus, si oportuerit, quia ad iuris

professorem quæstio non spectat, videri poterit.

Secundo modo sumitur ordo, pro ipsomet gradu, qui facit ordinē primo modo acceptū vt per D. Thom. & Turrec. & Aegid. supra Scot. in 4. dist. 24. q. 1. circa quæstionē. Nam cum relatio plura requirat, neq; enim quis ad se ipsum ordinatur relatione reali, ideo vbi occurrit aliquid additū alteri, ibi incipit esse ordo; & ita secundum additum primo complet rationem ordinis; gradusque iste secundus, aut primus, in quo tales constituitur, dicitur ordo; siue sit superioritatis, siue inferioritatis, siue alterius cuiuscunque modi, quo aliquid dicitur prius, & posteriori vt eleganter tetigit D. Thom. & latius declararunt Turrec. Scot. & Brulefer supra consentit Vasq. 3. tom. in 3. part. disp. 236. cap. 1. n. 7. vers. altero modo. Vnde fit, ad rationem ordinis primo modo accepti necessario exigi vt detur prius, & posteriori; supremum & infimum. Vbi autem nō datur primum, neque postremum, nullus ibi ordo esse potest Brulefer. supra & in 4. dist. 24. quæst. 1. Lexicon Theolog. verbo ordo. Vasq. num. 6. proxime Anastas. Germon. lib. 2. de Sacrorum. immun. cap. 5. num. 8.

Et iuxta prædictas acceptiones præsertim iuxta primā definitur ordo à Cicer. lib. 1. Offi. vt sit compositio rerum aptis, & accommodatis locis. Aliter, sed in eundem sensum diffinit D. Aug. lib. 19. de Ciuit. Dei c. 13. quod sit parium, dispariumq; rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Aliter Bald. in proœmio Digesti veteris num. 1. dicens, quod ordo, & dispositio principia suis medijs,

A 3 & me-

D. Thom.

Cabezud. Soto.

Bulerfer.

D. Bonau.

Henric.

Aegid.

Fillius

Turrec.

D. Thom.

Durand.

D. Bon.

Henric.

Vasques.

Scotus.

Vasques.

D. Thom.

D. Bon.

Vasques.

Insignis

Suaris.

D. Thom.

Turrec.

Aegid.

Scotus.

D. Thom.

Turrec.

Scotus.

Brulefer.

Vasques.

Brulefer.

Lex. The.

Vasques.

Anast. Ge.

3

Cicero.

D. Aug.

Baldus.

& media suis finibus coniungens referunt Alber. in dictionario, verbo ordo Turrecr. in d. cap. *Cleros* n. 2. Hostiens. Hostiēs in sum. tit. de ordine cognit. Marāta. in princ. Marant. de Ord. iud. in proœmio num. 3. Scot. & Brulefer. in 4. dist. 24. quæst. 1. Lexic. Theolog. verbo ordo. Vasq. tom. 2. in 1. part. disp. 167. cap. 1. num. 2. & 3. tom. in 3. part. disp. 236. cap. 1. num. 6. Cabezudo, & Aegid. supra. Alex. Pefan. in comment. ad vniuersam Theologiam. D. Tho. in addit. ad 3. p. q. 34. Rebufus. disp. 1. in princ. Rebuf. in l. Pupillus 239. §. Munus ff. de verb. sign. Luc. de Pena in l. His quidem. col. 1. & seq. C. qui milit. non poss. lib. 12. Quæ definitiones etsi omnes verissimæ sint, & Ciceronis eo verior, quo breuior, & elegantior; notandum tamē est, in illis definiri ordinem pro materiali, nō vero formaliter, quia tunc ordo, & relatio, quæ sequitur ad illam dispositionem, & diffinitur à Brulefer. in 1. dist. 20. quæst. 1. art. 2. Ordo est habitudo prioris ad posterius, vt in terminis circa diffinitionem D. Aug. benè notauit Cabezudo supra asserens in illa solum definiri actionē quæ facit illam dispositionem, per quam optimè cognoscitur ordo; sicut omnis relatio cognoscitur per fūdamētum, & in eadem definitione explicari solum naturam ordinis secundum locum dixit etiam D. Bonauent in 1. dist. 20 art. 2. q. 1. quem sequitur Vasq. d. disp. 167. cap. 1. num. 2. supra, qui etiam ibidem num. 1. ex Durand. & alijs notauit aliam diffinitionem ordinis formaliter, quæ cū superiori August. conuenit dicens; est habitudo plurium ad vnum primum, seu ad vnum prius, prout

ipsemet sequitur, & explicat d. 3. tom. in 3. part. disp. 236. cap. 1. n. 6. Ex quo fit, vt ordo in hac prima, & secunda acceptione reperiat̄ur non solum in vniuersali Ecclesia eo modo quo infrā declarabimus, sed etiam in profanis, & in omni statu, & politia benè disposita, vt benè aduertit Scot. supra. Sot. in 4. dist. 24. quæst. 1. art. 1. Vnde frequentissimè tam in iure, quam sæpè alibi accipitur pro serie, & dispositione rerum inter se, sicut & ordinare pro disponere, l. Caius. ibi cum suprema sua ordinaret ff. de pign. act. l. Videamus ibi res ita ordināda sit. ff. de adilit. edict. quo sensu dixit Philosophus. Optimum vniuersi est ordo, id est, maxima bonitas, & perfectio, quæ reperitur in rebus ipsis creatis, consistit in eo, quod sint benè dispositæ, & ordinatæ, notant Cabezudo & Vasq. supra, & Apost. 1. ad Corinth. cap. 14. ait, *Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis.* Et in eodem sumitur in tit. ff. quis ordo in bonorum poss. seru. Quia scilicet in eo deciditur, qui hæredes prius, qui vè posterius ad intestati successione per bonorum possessionem admitti debent, & in titulo Cum l. 2. C. vt dignitatum ordo seruetur lib. 12. vbi disponitur, inter habentes dignitates, & officia, preferendos esse priores tempore, & maiores dignitate. Cōsonant. l. Licet ff. de albo scrib. l. 1. C. de Consul. lib. 12. l. 1. & 2. C. de Præfēt. præ. eodem lib. cap. 1. de maiorit. & obed. vbi gloss. cap. Episcoporum 74. dist. cum multis alijs de quibus Cassan. in Cathal. glor. mundi 4. p. Confid. 23. & 76 & p. 10. confid. 29. Eodemq; etiam respectu modus procedendi in iudicijs circa causarum cognitionem ordo iudicialius

Scotus.  
Soto.

l. Caius. ff.  
de pig. act.  
l. videam  
ff. de edi-  
litio edic  
Aristot.

Cabezudo.  
Vasques.  
1. ad Cor.  
14.

Ti. ff. quis  
ordo inbo-  
nor. poss.  
seruetur.  
Tit. & l.  
2. Cod. vt  
dig. ord.  
ser. lib. 12  
L. licet. ff.  
albo seri.  
L. 1. Cod.  
Consul. 12  
L. 1. & 2.  
Cod. Præ-  
fēt. præ-  
torio lib.  
12.

Cap. 1. de  
maior. &  
obed.  
Cap. Epis.  
74. dist.  
Cassan.

L. Prolatam Cod. sent. & in terlo.

Cap. ad nostram de iure iur.

Clem. saepe, de ver. sign.

Cap. quoniam contra de probat.

Gloss. in l. prolatam Cod. sent. & interl.

Rebuf. Anastas. Germ.

4.

Cicero Rebuf. Cabezud.

Rubic. & l. quod semel ff. de decretis ab ord. fac.

L. ult. ff. ad munic. l. 2. ff. leg.

L. qui cum uno ff. de re milit.

5.

rius appellatur, l. Prolatam ubi gloss. C. de sent. & interlocut. cap. Ad nostram de iur. iur. Clem. saepe. in fin. de verb. sig. quia videlicet in iudicio primum vocatur Deus; demum libellus offertur, postea lis contestatur, exceptiones, & defensiones audiuntur; datur probandi copia, aliaque suo ordine fiunt, quæ ponit text. in Cap. Quoniam contra de prob. gloss. in d. l. Prolatam, pro ut magis, vel minus, prius, vel posterius ad causæ decisionem conducunt; notant Rebuf. in d. l. Pupillus §. munus vers. & quidem ordo ff. de verb. sign. Anast. Germon. lib. 3. de sacro. immun. cap. 13. num. 92.

Similiterque ex eodem provenit, ut idem nomen (ordo) communiter etiam sumatur pro materiali, id est, pro rebus ipsis, quæ inter se ordinantur, & constituantur; in qua acceptione in Rep. Romana nominabantur tres ordines; Senatorius, equestris, & plebeius; & Cicero appellat Senatuum modo amplissimum ordinem, modo perfectissimum. Rebuf. proximè vers. Tres. Cabezud. in addit. ad 3. part. d. quæst. 34. in expositione primi articuli. Et Collegium decurionum ordo etiam appellabatur ut in Rubr. & in l. Quod semel ff. de decret. ab ord. fact. l. ult. in princ. ibi ordinis iuncta gloss. ff. ad munic. l. 2. ibi Patriæ sue ff. de legat. cum alijs adductis à Rebuf. proximè & inter milites reperiebantur quoque ordines peditum, equitum, & similes. l. Qui cum uno 4. §. non omnis. vers. exauktoratus ibi militie eiusdem ordinis se dare & §. Ad tempus ibi & in ordinè redire potest. ff. de re milit.

Et in Repub. Christiana ordines etiam in hoc sensu communiter dicuntur de personis religiosis; qui quo-

-ibio

modocunque dedicantur diuino cultui, & obsequijs, etiam si non referatur ad sacrificium (de his enim dicemus infra in tertia acceptione.) Quo pacto religiosorum omnium nuncupantur instituta, ordines, veluti D. Aug. D. Dominici, D. Francisc. Societatis Iesu, & alij, in his enim maximè seruatur ordo ille, & dispositio ordinata, maiorque datur subordinatio propter votum obedientiæ Lexic. Theol. verb. ordo, quandoque Bellarm. de contr. tom. 1. lib. 1. de Clericis cap. 11. §.

communiter. Sot. d. dist. 24. quæst. 1. art. 1. Cabezud. supra §. strictè tamen Vinc. tract. 9. cap. 1. n. 1. & etiam ab ipsis SS. Patribus eo nomine appellabantur, nam ordinationem Monachi scribit D. Dionys. cap. 6. Ecclesiast. Hierarch. & de ordine laborantium. in sepeliendis mortuis (habebatur enim sepultura mortuorum tantquam actio religiosa) agit Epiphanius in compendiaria doctrina. Ac denique de ordine Diaconissarum Virginum, aut viduarum (quæ erant illæ, quæ inferuiebant Ecclesiæ in instructione mulierum, quæ baptizandæ erant, ut deducitur ex Nouella Justin. in Authent. Quomodo oporteat Episcopos, §. Quanta igitur Collat. 1. & ex Tertull. in lib. De Monogamia; probatque Anastas. Germ. lib. 2. de sacror. immunit. c. 2. num. 17. Non autem, ut existimat Cuiac. ad Nouell. 79. quæ ægrotos curabant & pauperum curam agebant) agit idem Epiph. ibidem. notant Bellarm. proximè. Henric. in Summ. lib. 10. de sacram. Ord. cap. 1. §. 4.

Nec immerito religiosorum instituta ordines in hoc sensu appellantur. Nam cum propriè loquendo status

6.

A 4

sint

Lexicon. Bellarm.

Soto. Cabezud. Vinc.

D. Dion.

Epiphanius.

Authent. quomodo oporteat Coll. 1. Tertull. Anast. Germ. Cuiac. Epiph. Bellarm. Henric.

fint personarum ad perfectionē Euāgelicam tendētium iuxta quadripartitam illam status diuisionem, quam tradit August. de Ancona de postet. Ecceles. quæst. 76. art. 1. nempe coniugatorum, Clericorum, Religiosorum, & Episcoporum, de qualatissime P. SVARIVS. 3. tom. de Religione lib. 1. cap. 2. à num. 11. & per tot. iuncto. lib. 2. cap. 1. à num. 1. ordines propriè nuncupari valent. Nam ordo multoties etiam accipitur pro statu, & conditione personæ. l. Diuus. §. Cum autem ibi cum tali loco. atq. ordine esse; vbi sic exponit Budæus. ff. de offic. presid. Zazius in l. 2. ff. de orig. iur. dicens; Ordo est discretio status conditioni accommodatus; tradit Rebuf. supra in d. l. Pupillus. §. munus. ff. de verb. sign. in specie Cabezudo. in d. expositione art. 1. §. vt explicetur in fin. Aegid. de Sacram. disp. 20. de ordine dubio. 1. num. 1.

7. Tertio tandem modo accipitur ordo pro signo illo sacro, seu cæremonia exteriori, qua homini conferitur gradus dignitatis, seu officij in Ecclesia Christi respectu sacrosancti Altaris sacrificij, vt post alios tradunt Turrecr. in d. cap. Cleros. n. 2. vers. tertio modo. 21. dist. Filliusius tom. 1. Moral. tract. 9. de sacram. Ord. c. 1. num. 1. in fin. Aegid. supra vers. 3. & Guilhel. Estius in 4. dist. 24. §. 1. vers. primum igitur Valent. tom. 4. disp. 9. gener. de sacram. Ord. puncto 1. Appellatur autem ordo, ab effectu, quia scilicet per illud signum, seu cæremoniam ministri inicianur, eisque conferuntur gradus quidam potestatis ad peragenda ministeria respectu illius sacrosancti sacrificij; certumq; gradum, in quo quis constituitur,

propriè dici ordinem iuxta secundam huius nominis acceptionem, de qua supra notant optimè Sot. in 4. d. 24. quæstion. 1. Valent. supra vers. ex hac autem Ochagau. in suis tract. ad vniuersam materiam sacram. tract. vnico de sacram. Ord. quæst. 1. n. 2. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 1. tract. 1. de sacram. Ord. cap. 1. num. 1. adducentes similitudinem sacramenti confirmationis, quod denominationem etiam sumpsit ab effectu, quem producit corroborandi scilicet seu confirmandi animum per gratiam. Vnde antiquitus, & magis propriè huiusmodi sacra vnctio, qua quis in aliquem Ecclesiasticum ordinem cooptatur, dici consuevit ordinatio; hoc enim propriè nomen importat ipsam sacram actionem, qua ministri consecrantur, & gradus potestatis prædictæ illis conferuntur, ordinesq; appellantur gradus illi, quos sic initiati, assequuntur, teste Sindano lib. 4. Panopiæ Euang. cap. 75. §. quod hodie. notant Scot. in 4. dist. 24. quæst. 1. Vasq. 3. tom. in 3. part. disp. 235. cap. 3. num. vlt. vers. Cæterum. Ochag. num. 3. Baron. tom. 1. Annal. anno Christi. 44. §. eiusmodi prout etiam hodie appellat Trid. sess. 13. de sacram. Ord. Can. 3. Vnus tamen Ecclesiæ obtinuit, vt promiscuè dicatur ordinatio sacra, & ordo Trid. d. can. 3. Ochagau. Et Vasq. proxime ideoque vel ab effectu, vt supra; vel quia per gradus illos pulcherrimo ordine deposita cōsistit Ecclesiast. Hierarchia, vt definit. Trid. d. sess. 23. can. 3. & 6. Et eleganter asserit Guilhel. supra. Quæ ratione, vt ipsemet aduertit, & Sot. in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. gradus illi, veluti per antonomasiam ordi-

August. de Ancona.

P. Suar.

L. Diuus ff. de offic. presi. Budæus. Zazius. L. 2. ff. de orig. iur. Rebuf.

Cabezudo

Aegidius

7.

Sindano ad l. 2. ff. de orig. iur. n. 16.

Turrec.

Filliusius

Aegidius

Guilhel.

Estius.

Soto. Ochaga. Reginald.

Sindano.

Scot.

Vasq.

Ochaga.

Baron.

Trid.

Trid.

Ochaga.

Vasq.

Trid.

Guilbel.

Soto.

ordines simpliciter dicuntur; & ita vulgariter appellantur; imo vniuersus Clerus prout à laicis distinguitur, generali nomine ordinis appellatur à Tertull. in exhort. ad Cast. Differentiam (inquit) inter ordinē, & plebem constituit Ecclesiæ autoritas, & honor per ordinis concessum sanctificatus à Deo, vt ex eo loco eleganter aduertit, & explicat Baron. proximè.

Baron.

8

In hac autem acceptione si ordo in vniuersum sumatur pro vt importat aliquam saltem ordinationem Ecclesiasticam expeditum est inter Doctores catholicos esse vnum ex septē Ecclesiæ Sacramentis; quemadmodum de fide sæpius definitum est in Concilijs tam Florentino ab Eugenio IIII. in decreto fidei post sessionem vltimam §. Sextum Sacramentum; quam etiam Trid. sess. 24. de sacram. Ord. cap. 3. & Can. 3. & sess. 7. de sacram. in genere. Can. 1. deduciturque manifestè ex Conc. Calced. Act. 15. Can. 2.

Concil. Florent.

Concil. Trid.

Concil. Calcedo. Concil. Brach.

Cap. vlt. de presb. non bapt.

Castro. Hocius.

Bellarm.

Henric.

Soto.

Viuald.

Vasques.

Ægid.

Brachar. 2. cap. 3. probatq; expressè Papa Innoc. III. in Cap. vltim. de presbit, non bapt. Estq; aliorum Summorum Pontificum, & Patrū vnanimis traditio, vt constat ex pluribus illorum testimonijs, quæ ad hanc veritatem cōfirmandam pleno sermone post alios adducunt Castro aduersus hæreses verbo ordo Hocius in cōfessione catholica c. 50. Cardin. Bellarm. tom. 2. controu. 3. generali. lib. 1. de sacram. Ord. ex cap. 2. cum duobus sequentibus. Henric. in summa lib. 10. cap. 1. §. 3. iuncta lit. R. & S. Sot. in 4. dist. 3. quæst. 1. art. 1. & dist. 24. quæst. 1. art. 1. Viuald. in Candel. aureo tit. de sacram. Ord. n. 4. Vasq. d. 3. tom. in 3. part. disp. 235. c. 2. per tot. Ægid. de sacram. d. disp. 20. dub

5. per tot. Ochagau. d. tract. vnic. de sacram. Ord. quæst. 1. num. 5. & 6.

Ochagau.

Guilh. Estius in 4. distin. 24. d. §. 1. per tot. Baron. Annal. tom. 1. anno.

Guilhel. Baron.

Christi 44. §. Sacri vero ordinis; vltra quos ita etiam habet omnium Theologorum, & nostrorum sententia cum Magistro in 4. dist. 24. vbi omnes; & cum D. Thom. in addit. ad 3. part. quæst. 34. art. 3. vbi præter alios Cabezud. in respōsione articuli Pisantius d. disp. 1. §. Itaque quærere Scribonius in Theosim. seu de Sa-

Magist. D. Thom. Cabezud. Pisantius.

cram. disp. 7. de ordine. quæst. 3. in 2. p. quæst. Victor. in summ. Sacramentorum num. 226. Turrec. in d. cap. Cleros num. 5. Nau. in Man. cap. 22. num. 17. Petr. Ledes. in Sum. 1. p. tit. de sacram. Ord. cap. 1. concl. 1. & 2. Filiucius quæst. moral. tom. 1. tract. 9. de sacram. Ord. cap. 1. num. 2. & omnes alij catholici quotquot de illo in summis, & alibi scripsere.

ViFloria. Turrec. Nauar. Ledes. Filiucius

Et ratione insuper ostenditur; nā in ordinatione, seu ordine in hac acceptione sumpto inueniuntur illa tria quibus sacramenta legis gratiæ perficiuntur iuxta communem doctrinam Theologorum ab ipsis etiā Hæreticis probatam in Apolog. confess. August. art. 13. in cuius verba omnes iurarunt, nempe ritus, seu cæremonia exterior, promissio gratiæ, & mandatum, seu diuina institutio.

9

Nam de cæremonia, seu ritu cōstat ex Apost. traditione. 2. ad Timoth. 1. ibi per impositionem manuum mearum, & cap. 4. ibi Cum manuum mearum impositione presbiteri, & cap. 5. ibi Nemini cito manū imposueris, quod refertur apud nos à Gratiano in princ. dist. 24. & Act. 6. Ordinati sunt Diaconi per manuum impositionem & cap. 13. & Simon Magus Petrum, & Ioan-

10  
ad Thi.  
1.  
2. ad Thi.  
4.  
2. ad Thi.  
5.  
Dist. 24.  
Act. 6.  
Act. 13  
Act. 14

nem

**Act. 8.** nem allocutus **Act. 8.** dixit, *Date mihi hanc potestatem, ut cuiusque imposito sacro manus, accipiat Spiritum Sanctum.* Quae quidem manus impositio sine dubio fuit, & modo est ritus, symbolumque externum huius ordinationis, ut interpretantur sancti Patres **Leo Papa** Epistol. 31. **Chryf.** in Act. Apost. Homil. 37. Et ita seruabatur etiam in ordinatione ministrorum veteris legis (quae erat figura, & umbra legis gratiae) nam imponendas esse manus ab Aaron, & filiis eius super eos, qui sacerdotio Leuitae initiarentur; habetur **Exod. 29.** confirmat optimè **Baron.** supra §. Quibus autem ritibus; probaturque ulterius ex ipsa graeci nominis significatione, iuxta quam manus impositio idem est, atque ordinatio. Et in **Conc. Chartagin. 4. c. 2. 3. & 4.** relato in cap. **Episcopus, cap. Presbiter. cap. Diaconus, 23. dist. cap. Quorundam eadem dist. 23.** ordinatio Episcopi, Praebiteri, & Diaconi iubetur fieri cum manus impositione, ut infra suis locis dicemus. **De promissione gratiae** habetur in eisdem Epistolis sancti Apostoli. 2. ad **Thimoth. d. cap. 1. Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Et d. cap. 4. Noli negligere gratiam, quae in te est; quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum praebiterij;** cum multis alijs adductis à **Sairo de Sacram. in commun. lib. 5. cap. 1. art. 2. §. de sacramento Ordinis.** Ex quibus locis hanc veritatem veluti per argumentum deduxit **Trid. d. sess. 23. c. 3. sic habens. Cum scripturae testimonio Apostolica traditione, & Patrum unanimi sententiam per sacram ordinationem quae verbis, & signis exterioribus perfi-**

**ciuntur, gratiam conferri, dubitare nemo debet ordinem esse vere, & proprie, & vere unum ex septem sanctae Ecclesiae sacramentis.** Inquit enim **Apostolus, Admoneo te, & cat.** Denique de mandato, seu diuina institutione etiam **Act. 13.** dixit Spiritus Sanctus, *Se- gregate mihi Saulum; & Barnabam in opus, in quod assumpsi eos, tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque ei manus dimiserunt illos, & Act. 20. In quo vos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei Episcopos. Et ad **Ephel. 4.** Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores, & Doctores, & cat. **Quibus autoritatibus manifestè probatur diuina illa institutio, seu mandatum, quia in illis dicitur, Spiritus dixit; Spiritus Sanctus posuit; ipse dedit; quod nullo modo potest intelligi, nisi quia ab Apostolis fuerunt Saulus, & Barnabas, & alij Episcopi ordinati ex diuina Spiritus Sancti institutione, & mandato. Si enim absque mandato ab ipso Spiritu Sancto dicuntur positi iuxta regulam vulgarem iuris, ut quod per alios ex mandato nostro facimus, per nos ipsos facere videamur; Reg. qui per alium facit de reg. iur. in 6. l. 5. §. Gessisse vers. quod si quis, ff. de administr. tut. Cum mille similibus. Quod etiam confirmatur; quoniam ipsemet Christus Dominus in vltima Coena Sacramentorum, hoc instituit in illis verbis, **Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem;** ut bene colligitur ex **Trid. sess. 22. cap. 1. & can. 2. consentiuntque omnes cum D. Thom. in addit. ad 3. part. q. 34. art. 4. Henric. d. lib. 10. cap. 3. lit. D. Filliu. d. tract. 9. cap. 1. num. 3. Viual. in Cand. d. tit. de sacram. Ord. n. 6. & 7. Reginal. d. lib. 30.*****

**Act. 13.****Act. 20.****Ad Ephe. 4.****Reg. qui per alium facit de reg. iur. in 6.****L. 5. §. gessisse. ff. de administr. tut. Luca.****Trid. D. Thom. Henric.**

lib. 30. tract. 1. cap. 1. n. 3. & infra oportuniore loco latius explicabimus.

11.

Bellarm.

Vasques.

Aegid.

Estius.

Ochogau.

Scribon.

Cabezud.

Tradunt hæc omnia fusiùs, & elegantius post antiquiores Bellarmin. Vasq. Aegid. Estius, Ochogauia, Scribon. Cabezud. supra citatis locis. Neque obstant nonnulla friuola argumenta, quæ contra obijcit hæreticus Kemnitiùs in 2. p. examinis; omnibus enim respondent Bellarm. Vasq. Scribon. Estius, & Cabezudo proximè. Inter quæ nullam habet difficultatem, quod Apostoli ordinati legantur à Christo Domino sacerdotes, Luc. 22. *Hoc facite, &c.* & Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, absque manus impositione, & absque signo aliquo, ritu, seu cerimonia exteriori.* Nam vel dicendum est, Luc. 22. pro signo, & cerimonia Christum habuisse panis, & calicis porrectionem ibi, *Accipite, & manducate, & Ioan. 20 in sufflatione.* Cum enim dedit ibi potestatem absoluedi, *insufflauit*, vt textus sacer ait. Vel aliter respondendum cum Vasq. n. 26. supra.

12.

Magist.

D. Thom.

Glossa in

princ. ver

bo seruã

da, 23. di.

Pet. Gre

gor.

Verum licet in prædictis conueniãt omnes Catholici Doctores; differunt tamè valdè in assignanda definitione ordinis sumpti in hac significatione, prout videlicet est sacramentum. Nam imprimis Magister in 4. dist. 24. §. *Si autem queritur*, quem sequuntur D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 34. art. 2. & ibi omnes ferè expositores, & Summistæ verbo, *Ordo*, refertque etiam, & sequitur apud nos Gloss. in princ. verbo *Seruãda*. 32. dist. Petr. Gregor. Syntagm. iuris vniuersi 2. p. lib. 16. cap. 2. n. 2. definit ordinem hoc modo. *Ordo est signaculũ, id est, sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & offi-*

cium. D. autem Bonauent. eadè dist. *D. Bon.*

A

24. n. 24. sic describit. *Ordo est ordinata potestas, secundum quam subiectum ordinatur ad opus, & ministerium: vbi nomine potestatis videtur D. Bonauent. intelligere characterem, prout eum explicat F. Franciscus Ouandus in Breuiloquio super 4. sentent. dicta dist. 24. proposit. 2. Sotus verò eadè dist. q. 1. art. 1. post initium definit, vt sit ordo sacramentum noue legis, quo potestas spiritualis significatur, vt traditur in ordine ad sacrosanctum corpus Christi consecrandum. Et cum*

B

Soto consentiunt Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 1. cap. 1. n. 1. & 2. & alij. Scot. autem sub eadè dist. q. vnicaduobus modis definit, primo in §. Circa quæstionem dicens: est potestas spiritualis ad aliquem actum exequendum in Ecclesiastica Hierarchia. Secundo in §. De tertio asserens: est institutio alicuius in gradu Ecclesiæ præminentis, cui cõuenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum facta à ministro idoneo

C

certa verba proferente; & simul cum intentione debita ministeriũ gradus illius aliquo signo visibili repræsentans ex institutione diuina efficaciter signans gratiam præminentem, qua ordinatus dignè aliquod ministerium exequatur. Aliter, & breuius definit Vuald. tom. 2. de Sacram. cap. 116. *Ordo est sacramenta ministrantium habitudo legitima; cuiq; ratione sui ministerij conueniens. Et ex recentioribus Vasq. d. tom. 3. in 3. p. disput.*

D

235. cap. 2. n. 27. Aegid. de Sacram. disput. 20. dubio. 1. n. 2. Scribonius in Theosimia, seu de sacram. disp. 7. q. 3. in 1. p. ad finè. Valent. 4. tom. disp. 9. generali, puncto 1. Pesantius in addit.

ad

Ouand.

Sotus.

Reginald.

Scotus.

Vuald.

Vasques.

Aegid.

Scribon.

Valent.

Pesantius

Fillius.

ad 3. p. q. 34. cum sequentibus disp. 1. §. primo dico. Filliucius Mor. tract. 9. n. 2. vnusquisque pro suo sensu peculiarem definitionem assignat licet omnes fere in idem conueniant, & tandem nostri Pontificij iuris professores definiunt, quod sit sacramentum, per quod imprimitur character, aut signum sub certis verbis, & instrumentis, in quo conceditur potestas consecrandi; aut adiuuandi consecrantes sacramentum Altaris prout tradit Sabag. in exposit. ad Trident. sess. 7. de sacram. cap. 6. de Ordine num. 4. & colligitur ex Nau. ita, sed breuius definiente in Man. cap. 22. num. 17.

Sabag.

Nauar.

13

Quia tamen in definitione Magistri, quam communiter Theologi sequuntur, non bene stat vox illa, ordinato, quia secundum regulas Dialecticorum definitum non potest poni in definitione, vt bene contra illam aduertit Vasq. supra, & hoc etiam vitio laborat secunda definitio Scoti, vltra quod valde prolixa est, & multa superflua continet. Prima vero non definit ordinem, prout est sacramentum quod debet esse signum sensibile, vt supra explicauimus; non autem potestas spiritualis, qua ratione Scotum reprehendit Sotus d. artic. 1. ad fin. asserens illum gratis negasse ordinem esse proprie sacramentum, sed immerito; quoniam Scotus ibidem distinxit ordinem ab ordinatione, & ordinem prout est gradus quidam spiritualis potestatis, prius definiuit, & bene negauit esse proprie sacramentum; ordinationis vero definitionem, prout est sacramentum postea secundo loco tradidit in §. De tertio, & agnouit, sacramentum proprie esse,

Vasq.

Sotus

vt explicauit Vasq. num. 28. & 29. Vasq. A Ouand. proposit. 2. §. exprædicta sententia supra. Definitio verò Diui Bonauen. sicut & Vuald. dum asserunt; Ordo est potestas, vel quod idem significat, est habitudo legitima, sicut, & aliæ diffinitiones, quæ habent, hoc sacramentum esse characterem, seu potestatem, videntur definire ordinem per effectum, non verò per genus, & differentias, vt etiam aduertit Nauarr. supra vers. Dixit character. In cæteris etiam definitionibus à recentioribus traditis, modò aliquid redundat, modò deficit.

Ouand.

Nauar.

Mihi videtur, omnes sic posse conciliari, & ad vnam reduci, vt, Ordo, seu potius loquendo, ordinatio, quatenus est sacramentum recte definitur, Quod sit signum sensibile à Christo institutum, per quod immediatè, vel mediatè traditur potestas ad sacrosanctum Altaris sacrificium. Ponuntur loco generis verba illa, Signum sensibile à Christo institutum, quia per signum exterius ordinatio perficitur, vt definit B C Trid. sess. 23. de sacram. Ord. in cap. 3. & in eo conuenit cū omnibus alijs sacramentis, quæ etiam per ritus, seu signa sensibilia à Christo instituta perficiuntur, & conferuntur, vt suis locis, & tractando de sacramentis in genere omnes admittunt. Cætera loco differentiarum adiiciuntur. Dixi, per quem traditur potestas ad sacrosanctum Altaris sacrificium; quia hic est finis, & effectus huius sacramenti, propter quem fuit institutum; & in quo à reliquis discriminatur, vt videlicet per illa initiarentur ministri ad illud sacrosanctum sacrificium dignè administrandum, vt expressè colligitur ex Trid. d. sess. 23. cap. 1. & 2. Dixi, immediatè, D Trid. vel

Trid.

Trid.



vel mediate, vt comprehendere non solum sacerdotium, per quod immediate datur potestas ad celebrandum, consecrandum, & offerendum, sed etiam reliquos ordines, qui proprie sunt sacramentum, vt infra; in quibus etiam mediate potestas tribuitur ad eundem finem, videlicet ad peragenda alia ministeria, quæ ad illud sacrificium ordinantur, & sacerdotio deferuiunt, vt inquit Tridentinum, d. cap. 2.

Trident.  
15.

Quoniam verò aliqui etiam ordines sunt in Ecclesia, qui vel iuxta omnium, vel saltem aliquorum sententiã non sunt sacramentum, & per illos datur etiam aliqua potestas Ecclesiastici ministerij in ordine ad illud sacrificium. Alij verò reperiuntur, per quos datur potestas, & officium, si non in ordine ad aliud sacrificium, ad aliquas tamen Ecclesiasticas functiones in Ecclesia peragendas, vel ad Ecclesiasticam iurisdictionem exercendam, vt infra declarabimus; patetque ex eo, quia hoc nomen, *Ordo*, etiam in hac tertia acceptione potest dupliciter accipi; vno modo secundum quod est sacramentum; alio modo secundum quod est officium, vel gradus potestatis respectu quarumcunque sacrarum actionum, vel officiorum Ecclesiasticorum, vt extra sacrificium notat Fr. Paulus Carrariæ in Canonica, & morali Theologia tom. 1. q. 3. artic. 9. & q. 2. n. 19. post Bellarmin. de controu. Christian. fidei tom. 1. lib. 1. de Clericis, cap. 11. §. Communiter.

Carrar.

Bellarmin.

16.

Ideo si ordinem in vniuersum definire voluerimus, dicendum erit, esse signum Ecclesie, quo traditur potestas, & officium ad aliquem actum exequendum

in Ecclesiastica Hierarchia. Quæ definitio colligitur ex illis, quas tradunt Scotus d. dist. 24. q. vnica, §. Circa questionem, Vasq. supra d. disput. 235. n. 27. in fin. & comprehendit omnes ordines, & gradus, qui in Ecclesia reperiuntur cum aliqua Ecclesiastica potestate, seu functione. Neque in illa posuimus verba illa à Christo institutum, sed loco eorum diximus, *Signum Ecclesie*, vt ita omnes comprehenderentur; quia videlicet illi, qui non sunt sacramentum, non à Christo, sed ab Ecclesia sunt introducti, vt infra suis locis declarabimus. Et hæc de primo supposito circa nomen, *Ordo*.

Scotus.  
Vasques.

### §. II.

Quid sit Hierarchia, & ordo Hierarchicus?

### SUMMARIUM.

1. Hierarchia quid significet, & unde deriuetur?
2. An in diuinis personis detur Hierarchia, quam increatam appellat D. Bonau. & alij.
3. De triplici Hierarchia cælesti, & eiusdem gradibus.
4. Hierarchia Ecclesiastica in ministris Ecclesie reperitur.
5. Quæ differentia detur inter Hierarchiam Ecclesiasticam, & monarchiam Ecclesiasticam?

Secundò circa vocem, *Hierarchicus*, supponendum est Hierarchiam ex ipsa Græca etymologia significare sacrum principatum, vt ex bonis auctoribus obseruat Calepin<sup>o</sup> verbo Hierarchia, Spia-

Calepin.  
gel,

*Spiagel.*  
*Schard.*  
*Lexicon*  
*Theolog.*  
*D. Bon.*  
*Gabr.*  
*Soar.*

gel, & Simo Schardius in Lexico iuris: Lexicon etiã Theologicum eodẽ verbo, & ex scholasticis notãt D. Bonau. in 2. sent. dist. 9. & ibidẽ Gabriel q. 1. art. 1. P. Soar. de Angel. lib. 1. cap. 13. n. 1. dicitur à verbo Græco *ιερον*, quod est sacrum, & *αρχη*, quod est principatus, quasi sacer principatus, vt explicant Gabr. & Lexicon Theologicum super Durãd. in ration. diu. lib. 4. cap. 33. n. 31. Fr. Emman. de Lacerda in sua relect. Theol. de sacerdotio Christi D. cap. 1. Duar. lib. 1. de sacris Eccl. ministr. cap. 7. in princ. Cũ autem secundum doctrinã D. Thom. 1. p. q. 108. art. 1. in corpore, nomine, principatus, duo intelligãtur, scilicet ipse princeps, & multitudo ordinata sub principe, iam manifeste apparet, ad Hierarchiã rationẽ constituendã oportere dari multitudinẽ quandam sacrã sub principis gubernatione ordinatam; in eaq; insuper necessarios esse diuersos gradus, seu ordines secundum diuersa officia, & ministeria inter se distinctos, & consideratos, ne aliã talis multitudo confusa, & inordinata remaneat, vt eleganter deducit text. in cap. *Ad hoc. 89. dist.* Quem-

*Cap. Ad*  
*hoc. 89. d.*

admodum etiam in profanis in vna Rep. sub eodem principe diuersi ordines, & gradus inueniuntur, prout latiùs explicat Diuus Thomas d. art. 1. & 2. Vnde bene dixit Soarius suprà, Hierarchiam nihil aliud esse, quam collectionem personarum aliquo modo sacrarum sub principe aliquo. Et D. Bonau. dist. 9. sic describit: Hierarchia est rerum sacrarum, & rationabiliũ ordinata potestas in subditis debitum retinens principatum. Quare in rebus, & creaturis irrationalibus inueniri non potest, quia

*D. Thom.*  
*Soar.*

*D. Bon.*

A non sunt capaces principatus proprii, aut dignitatis sacræ, vt aduertit Soar. proximẽ.

Licet autem D. Bonau. & cum eo Gabr. & Lexicon Theolog. suprà, & alij in personis diuinis, angelicis, & humanis Hierarchiam ponant, & ita in vtraque Ecclesia triumphanti, scilicet, & militanti; indeque Hierarchiã distinguant in creatam, & incretam; quasi increta reperiatur in Deo, & diuinis personis, quæ appellatur super cœlestis, seu Therarchia; & rursus creatã diuidant in cœlestẽ, & subcœlestem; cœlestẽ, id est, Angelicã, quæ inuenitur in Angelis: subcœlestem, id est Ecclesiasticam, quæ datur in ministris Ecclesiæ. Verius tamẽ est (quod attinet ad incretã, & super cœlestem) in Deo non reperiri, neque diuinis personis tribui posse, quia in illis nec est principatus, nec ordo dignitatũ, vt rectẽ probat D. Tho. d. q. 108. art. 1. cũ D. Dionys. de cœlesti Hierarch. cap. 3. dicente, Deum extra, & supra omnem esse Hierarchiã: nam omnis Hierarchia ad illius imitationẽ, & similitudinẽ existit, traditq; Soar. d. lib. 1. de Angelis, cap. 13. n. 1. Sed tantum reperitur ordo naturæ secundũ originem, vt suprà diximus n. 2.

B Cælestẽ verò, seu angelicã in ipsa triũphanti Ecclesia, nẽpẽ cœlo reperiri, ibiq; cœlestes spiritus secundum triplicẽ, quo diuinis illuminationes recipiunt, modũ, in tres distingui Hierarchias; & vnãquãq; ex illis trinos quoque cõplecti ordines, seu gradus tanquam summum, medium, & infimum, propositio videtur certa de fide, si in communi sumatur abstrahendo à modo distinguendi, & ordinandi ordines prædictos, vt asserit Soar.

D Cælestẽ verò, seu angelicã in ipsa triũphanti Ecclesia, nẽpẽ cœlo reperiri, ibiq; cœlestes spiritus secundum triplicẽ, quo diuinis illuminationes recipiunt, modũ, in tres distingui Hierarchias; & vnãquãq; ex illis trinos quoque cõplecti ordines, seu gradus tanquam summum, medium, & infimum, propositio videtur certa de fide, si in communi sumatur abstrahendo à modo distinguendi, & ordinandi ordines prædictos, vt asserit Soar.

*Soar.*

2

*D. Tho.*  
*D. Dion.*

*Soar.*

3

*Soar.* Soar. d. cap. 13. n. 2. comprobans ex multis sacrae scripturae locis, & testimonijs Patrum Graecorum, & Latinorum, quae adducit ibidem, iuncto n. 3, 4. & 5. ubi etiam per totum illud cap. post Gabr. in 2. dist. 9. q. 1. latissime explicat praedictas tres Hierarchias angelicas, & coelestes; & quo modo distinguantur, & gradus in illis ordinentur, quia à Patribus, nempe Dionysio coelest. Hierarch. cap. 7. cū sequentibus. D. Gregor. Hom. 24. in Euang. diuersimodè sit computatio, & distinctio; vtriusque tamen computationem in re parum, vel nihil differre benè probat D. Tho. d. q. 108. art. 6. ad 4. ad quem per totam illam quaestionem, & Soar. d. cap. 13. & alios, quos citat, lectorè remitto, quia non est materia iuris professoris, nec praesentis instituti.

4 Ecclesiastica denique, seu subcoelestis Hierarchia, quae constat ex hominibus ad illam caelestem tendentibus, ut inquit Soar. supra d. n. 1. est ea, de qua in praesenti agimus, dum quaerimus, vtrum in militati Ecclesia detur ordo Hierarchicus; id est, vtrum in illa reperiat Hierarchia Ecclesiastica? nempe sacer principatus, varijsq; gradus, & ordines personarum proprie, vel aliquo saltem modo sacrarum cum aliqua potestate, seu officio sub vno summo praeside, seu Hierarchia dispositi; quo etiam nomine summus sacrorum illorum ordinum praefectus, seu princeps recte vocatur à Doctoribus.

5. Nec ineptè, & absque verborum proprietate quaestio haec, sicut & totius operis argumentum inscribitur de Ecclesiastica Hierarchia, seu ordine Hierarchico. Nam licet totius Ecclesiae regimen à Spiritu Sancto institutum

monarchicum sit, & Monarchia Ecclesiastica proprie dicatur, quatenus consistit in vno summo, & Romano Pontifice, penes quem est tota Ecclesiae potestas, & gubernatio, ut infra suo loco dicemus, quatenus tamen consideratur derivatum ab eo in reliquis praelatis, & ministris Ecclesiasticis sub illo dispositis Hierarchia Ecclesiastica, seu ordo Hierarchicus rectè appellatur, id est sacer principatus sub vno summo principe ordinatus, ut benè notavit Magal. in proem. epist. D. Pauli ad Timoth. & Titum, sect. 8. n. 2. Quibus adde hanc Ecclesiasticam Hierarchiam licet in alijs à coelesti, & angelica distinguatur, quae tradit Lexicon Theolog. verbo Hierarchia Ecclesiastica; in eo tamen inter alia, ut scribit Gerson de potest. Eccles. p. 1. consider. 5. illi assimilatur, quod in ea ad similitudinem caelestis, seu angelicae reperiuntur etiam illi tres actus Hierarchici, quos Theologi Angelis tribuunt, nempe purgare, illuminare, & perficere ita ut purgatio fiat per afflictionem penalem censurarum; illuminatio per praedicationem, & doctrinam; perfectio per sacramentorum administrationem; qui omnes actus praelatis, & ministris Ecclesiasticis competunt iuxta suorum ordinum, & graduum distinctionem, prout in discursu huius relectionis in vnoquoque sigillatim explicabimus.

## §. III.

In qua significatione sumatur hic Ecclesia.

## SUMMARIUM.

1. Verbum, Ecclesia, aliquando pro templo; aliquando pro catu fidelium accipitur; & in hoc secundo sensu sumitur in praesenti tractatu.

B 2. 2. Quare

Magal.

Lexi. Theolog.  
Gerson.

2 Quare hic Ecclesia pro cætu fidelium accipiatur?

I

**T**ERTIO, & ultimo circa vocem, Ecclesia, aduertendum est, per Ecclesiam in præsentî nor tam intelligi locum ipsum materialem, nempe templum, seu ædem sacram, in qua fideles congregantur, sacrificium celebratur, ministeria sacramenti ordinis exhibentur, & sacra peraguntur, quauis locus ille non solum vulgaritèr, sed propriè etiam loquendo Ecclesia vocetur in sacris literis, Iudith. 6. Omnis populus per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt, & passim in iure canonico, ut in tit. De consecrat. Eccles. vel altar. De Eccles. adifi. & in cap. Nemo Eccles. adifi. & sæpè ibidem de C. Nemo consecrat. dist. 1. Quam vniuersum illud cætum hominum eiusdem Christianæ fidei professione, & eorundem sacramentorum communionè colligatum sub regimine legitimorû pastorum, ac præcipuè vnius Christi in terris Vicarij Rom. Pontificis: qui cætus verè, & propriè Ecclesia militans dicitur ad differentiam Triumphantis, quæ in cælo est; idque iuxta ipsius nominis etymologiam, quod deducitur à verbo Græco εκκλησιω, quod est euoco, quasi Ecclesia sit euocatio, siue cætus vocatorum, vt elegantèr explicat Bellarm. tom. 1. controu. 4. generali lib. 3. de Ecclesia milit. cap. 1. vers. venio nunc, & cap. 2. vers. nostra autem sententia. Soar. de religione tom. 3. lib. 1. cap. 2. n. 2. In quo sensu nomen, Ecclesia, sumitur etiam in sacra scriptura significans cætum fidelium, vt Rom. 16. Salutant vos omnes Ecclesia Asia. & in iure, vt in de consec. cap. Ecclesia. 1. ibi, id est Catholicorum dist. 1.

Iudith. 6.

Tit. de C. sur. Eccl.

Tit. de Eccl. adifi.

C. Nemo consecrat. dist. 1.

C. Eccles. de c. suris d. 1.

Bellarmin.

Soar.

Ad Rom. 16.

C. Eccles. de consec. dist. 1.

A

collectio de consecrat. dist. 1. Meminitq; huius duplicis sensus nominis, Ecclesia, Bellarm. supra d. cap. 1. vers. Tertio nota post Albert. Pihgium de Eccles. Hierarch. lib. 1. cap. 1. à princip. Cano de locis Theolog. lib. 4. cap. 2. Durant. de ritibus Eccles. lib. 1. c. 1.

Bellarmin.

Pihgus.

Cano. Durant.

2

B

Ratio verò huius rei in eo consistit, quia aliud est quærere, vtrum in Ecclesia detur ordo Hierarchicus, & qui nam sit? (quæ præsens est quæstio, & sequens, imò totius huius relectionis) & tunc per Ecclesiam necessariò intelligere debemus vniuersum fidelium cætum, vt supra, vt ita comprehendatur omnis, & quæcunque dignitas, officium, & ministerium Ecclesie; siue in ordine ad sacrosanctum altaris sacrificium; siue ad regimen, & gubernationem spiritualium, quæ in Ecclesia Catholica reperitur. Aliud verò, quærere vtrum in Ecclesia detur ordo Ecclesiasticus, & qualis, quotuplexve sit? (de quo Doctores in materia de ordine, & alijs locis, & nos infra in alijs quæstionibus) & tunc per Ecclesiam non intelligimus congregationem fidelium in vniuersum; sed templum ipsum materialem, in quo sacrificium Deo exhibetur, & sacra peraguntur iuxta priorem sensum, de quo supra; quia tunc solum venit in quæstionem ordo, seu gradus ille, qui est in templo, seu Ecclesia administrandum sacrificium, prout infra explicabimus. Quam distinctionem elegantèr ad aliam quæstionem aduertit Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 236. cap. 1. n. 8. vers. Per Ecclesiam autem.

C

D

nos infra in alijs quæstionibus) & tunc per Ecclesiam non intelligimus congregationem fidelium in vniuersum; sed templum ipsum materialem, in quo sacrificium Deo exhibetur, & sacra peraguntur iuxta priorem sensum, de quo supra; quia tunc solum venit in quæstionem ordo, seu gradus ille, qui est in templo, seu Ecclesia administrandum sacrificium, prout infra explicabimus. Quam distinctionem elegantèr ad aliam quæstionem aduertit Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 236. cap. 1. n. 8. vers. Per Ecclesiam autem.

Vasques.

§. III.

Astruitur sententia Catholica huius quæstionis.

SVMMA-

## SUMMARIVM.

- 1 In militanti Ecclesia datur verus ordo Hierarchicus.
- 2 Supradicta sententia ex auctoritatibus sacrae pagine confirmatur.
- 3 Confirmatur etiam ex varijs D. Pauli locis.
- 4 Quod praedicta D. Pauli loca de militanti Ecclesia sint necessario intelligenda.
- 5 Etiam ex facto Christi D. supradicta sententia confirmatur.
- 6 Pro ea expenduntur testimonia Clementis D. Petri successoris, & B. Ignatii.
- 7 Testimonium D. Dionysij.
- 8 B. Anacleti.
- 9 Diui Gregorij.
- 10 Alius D. Gregorij locus pro eadem re.
- 11 Hugonis de Sancto Victore.
- 12 Innocentij tertij.
- 13 Gregorij 9. & D. Hieronymi.
- 14 Isidori.
- 15 Vniuersa Doctorem, ac Patrum.
- 16 Testimonia Conciliorum pro eadem sententia.
- 17 Expenditur Concil. Trid. de sacram. ord. sess. 23. cap. 4.
- 18 Idem Conc. Can. 6.
- 19 Supradicta sententia ratione confirmatur ex humana natura sumpta.
- 20 Alia ratio pro eadem sententia ex corpore humano deprompta.
- 21 Confirmatio huius secundae rationis ex D. Paulo.
- 22 Confirmatio eiusdem rationis ex Gloss. D. Gregor. Innoc. 3. Gregor. Papa, & Conc. Trid.
- 23 Tertia ratio pro eadem sententia colligitur ex caelesti Hierarchia.
- 24 Militaris Ecclesia ad exemplum triumphalis deformata fuit.
- 25 Huius rei confirmatio ex D. Bernardo, & D. Gregor.
- 26 Quarta ratio pro eadem sententia ex verbis Diui Petri.
- 27 Verba D. Petri expenduntur.
- 28 Quinta ratio pro eadem sententia ex diuina sapientia desumpta.
- 29 Expenditur, & accommodatur dicta ratio.
- 30 Sexta ratio pro eadem sententia ex statu Ecclesiastico, & saculari.
- 31 Septima ratio pro eadem sententia ex plenitudine, & representatione operum Dei.
- 32 Vltima ratio pro eadem sententia ex similitudine ministrorum veteris testamenti, & Gentilium.
- 33 Hierarchia Ecclesiastica inchoauit in veteri testamento, & in nouo confirmata fuit.
- 34 Qui fuerint Doctores existimantes in Ecclesia Catholica Hierarchicum ordinem reperiri.

**H** I Ergo suppositis, iam aduersus Lutherum, & sequaces Christianae religionis nauatores, qui speciosissimum Ecclesiae ordinem, & decorem auferre nituntur, eam confusissimam reddentes Babylonem, certissima conclusio in hac quaestione est statuenda, in militanti Ecclesia dari ordinem Hierarchicum, i. Hierarchiam Ecclesiasticam ex varijs ordinibus, & gradibus sub vno summo Pontifice diuino iure institutam, & dispositam. Cuius conclusionis vtraque pars probata, definitaque extat in sacris literis, & a summis Pontificibus, ac sanctis Patribus, & Concilijs, & efficaci ratione ex naturali lumine, & ex iisdem diuinis literis deducta euidenter ostenditur.

2  
Cant. 6. Ex sacra scriptura probatur im-  
primis Cant. 6. vbi propter huiusmo-  
di ordinem Ecclesia comparatur ex-  
ercitui, & dicitur, *Terribilis, velut Ca-  
strorum acies ordinata*; quem locum ad  
hunc Ecclesiæ militantis ordinē cō-  
probandum adducit Conc. Trid. sess.  
Cōc. Trid. 23. de sacrament. ord. cap. 4. Et rursus  
Cantic. 7. Cant. 7. ibi, *Quid videtis in Sunamite,  
nisi choros Castrorum?* &c. Vbi etiam  
per totum illud cap. Ecclesiæ pulchri-  
tudo ex similitudine corporis huma-  
ni, & membrorū illius ordine, ac va-  
rietate deducitur. Et Psal. 44. Regius  
Vates de ea cecinit: *Astitit Regina, id  
est Ecclesia, à dextris tuis in vestitu  
deaurato circumdata varietate.* Et rur-  
sus ibidem: *Omnis gloria eius filia Regis  
ab intus in simbrjjs aureis circumamicta  
varietatibus.* In cuius etiam rei signifi-  
cationem 3. Reg. 10. Regina Sabà vi-  
dens ordinem ministrantium Salo-  
moni admirata est, & circa taberna-  
culum, quod fuit figura dispositionis  
Ecclesiæ militantis, vt habetur ad  
Hebr. 10. varij ordines ministrorum  
constituti fuerunt, Exod. 23. & Nu-  
mer. 3.  
3  
Ad Rom. 12. Probatur etiā ex D. Paulo ad Ro-  
man. 12. *Sicut, inquit, in vno corpore  
multa membra habemus; omnia autem  
membra non eundem actum habent; ita  
multi vnum corpus sumus in Christo; ha-  
bentes autem donationes, secundum gra-  
tiam, qua data est nobis differentes, &c.*  
1. Cor. 12. & 1. ad Corint. 12. vbi ex illis verbis,  
*Diuisiones autem donorum sunt, &c. cum  
sequentibus iuncto infra ibi, Sicut e-  
nim corpus vnum est, & membra habet  
multa; omnia autem membra corporis,  
cum multa sint, vnum tamen sunt cor-  
pus; ita & Christus, &c.* Tandem con-  
cludit Apostolus; *Et alios quidem posuit*

A *Deus in Ecclesia primū Apostolos; dein-  
de Prophetas; tertio Doctores, deinde po-  
testates, exinde dona sanationum, subsi-  
dia, gubernationes, genera linguarū nam  
omnes Apostoli, nam omnes Propbeta, &c.*  
Et rursus ad Ephes. 4. ibi, *Ipse dedit* Ephef. 4.  
*quosdam qui lem Apostolos, quosdam au-  
tem Prophetas; alios verò Euangelistas;  
alios autem pastores ad consummationem  
sanctorum in opus ministerij, in adifica-  
tionem corporis Christi, &c.* Quibus om-  
nibus locis, & similibus D. Paulus of-  
tendit, ordinatam ministrorum Ec-  
clesiæ institutionem à Christo Do-  
mino factam ad ipsius Ecclesiæ per-  
fectionem, & decorem.

B Et ne quis dicat, gradus istos ab  
Apostolo numeratos non esse illos  
ordines, qui nunc sunt in Ecclesia,  
occurrit optimè Sot. in 4. dist. 24. q.  
1. art. 1. §. Sed aiunt. Et post eum Va-  
lent. tom. 4. Comment. disp. 9. gene-  
ral. q. 1. punct. 2. §. Porro latius Scri-  
bon. in Theosim; siue de sacram. disp.  
7. de ordin. q. 7. §. Dicens forsitan, cū  
sequentibus, ostendens, Episcopos,  
C Presbyteros, Diaconos, Subdiaco-  
nos, Acolytos, Ostiarios, & Lectores,  
qui propriè sunt ordinis Ecclesiasti-  
ci, qui in Ecclesia reperiuntur, vt in-  
frà dicemus q. 2. proœmiali, eosdem  
esse, sub illisque gradibus, & nomi-  
nibus ab Apostolo traditis contine-  
ri, & in eorum munus, & potestatem  
successisse, licet diuersis vocibus nū-  
cupentur, quod nunc probare super-  
sedeo, quia inferius suis quibusque  
locis opportunius explicabitur.

D Probatur rursus ex ipso met facto  
Christi D. qui non solum septuagin-  
ta duos discipulos elegit, sed duode-  
cim præcæteris, quos Apostolos no-  
minauit; quibus maiorem, & amplio-  
rem

4

Sot.  
Valent.

Scribon.

5

rem potestatem tribuit, vt ita Apostoli quasi maiores sacerdotes essent, discipuli verò quasi minores, vt habetur Marc. 6. Matth. 18. Ioan. 21. Petrumque principem ipsorum constituit Ioann. 20. vt asserit Leo Papa 1. in epist. ad Episcopos Vienneses relatus in cap. *Ita Dominus*. 19. dist. Clarius Gratian. in princ. vers. *Simpliciter* verò 21. dist. Et ex facto etiam eorundem Apostolorum, qui ex cæteris boni testimonij viris elegerunt septem, nempe Stephanum, Philippum, Prochorum, Nicanorem, Timonem, Parmenum, & Nicolaum, quos statuerunt in conspectu Apostolorum; & cum orassent, imposuerunt eis manus, vt legitur in Actis Apostolorum cap. 6. refert idem Gratian. in d. princ. 21. dist. vers. Hanc eandem.

Ex Summis Pontificibus, ac sanctis Patribus conitat etiam apertissime eadē veritas. Nam in primis Clemens D. Petri successor, & discipulus sapissimè in libris Constit. Apostol. & maximè lib. 8. cap. 46. apertè ponit ordinum, & graduum distinctionem in Ecclesia, vtpotè traditam à Deo; inquit enim; etenim si non esset aliqua lex posita, & aliquod discrimen ordinum, satis erat vno nomine affectos omnia ista ministeria perficere. Verum cum à Deo consequentiam rerum didicerimus, Episcopis quidē assignauimus, & attribuimus, quæ ad principatū sacerdotij pertinent. Præbyteris verò, quæ ad sacerdotium. Deindè Diaconis, &c. Insuper D. Ignatius Apostolorum discipulus in epist. ad Smyrnenses ordinum distinctionem Hierarchicam cū prælatione, & subiectione ponit, asserens Laici Diaconis subijciantur, Diaconi

præbyteris, præbyteri Episcopis, Episcopi Christo, vt ipse Patri.

A Diuus etiam Dionysius D. Pauli discipulus Ecclesiast. Hierarch. c. 13. de eodem sic scribit; Quia diuinarum actionum imagines sunt sacerdotales distinctiones: ornatissimi, atque incõcussi diuinarum operationum ordinis insitos tibi fulgores indicantes, in primas, ac medias, & vltimas sanctas actiones, atque ordines Pontificali descriptione distributæ sunt insinuantes, vt dixi in se ipsis diuinas actiones ordinatas esse, atque impermixtas.

B Beatus Anacletus in epist. 3. quæ refertur 1. tom. Conc. inter eius epistolæ: *Sacerdotum*, inquit, *fratres*, *ordo bipartitus est; & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari.* Et rursus in epist. 2. ad Episcopos Italiae. *In nouo, inquit, testamento post Christum à Petro sacerdotalis cepit ordo, &c.* cum sequentibus, prout refertur in cap. *In nouo*. 21. dist.

C D. quoque Gregor. relatus in cap. vlt. 89. dist. elegantè asserit; *Ad hoc dispensationis (& vt aliàs legitur, dispositionis) diuine prouisio, gradus diuersos, & ordines constituit, esse distinctos; iuncto infra ibi, Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnæ eam differentie ordo serua-* ret, &c.

D Idem D. Gregor. scribens vniuersis Episcopis relatus in cap. 1. incipit, *Singula eadem dist. 89. in hæc verba: Ita in Ecclesia corpore secundum veridicam Pauli sententiam in vno, eodemque spiritu alij conferendum est hoc officium, alij committendum est illud, &c.*

Hugo etiam de Sancto Victore p. 2. de sacram. inquit: *Diuerst ergo sunt* gradus,

Marc. 6.  
Mat. 18.  
Ioan. 21.  
Ioan. 20.  
Leo Papa  
Cap. Ita  
Dominus  
19. dist.  
Gratian.

Actor. 6.  
Gratian.

6.

D. Ignat.

7.  
D. Dion.

8.  
B. Anaclet.

Cap. In  
nouo. 21.  
dist.

9.  
D. Greg.  
Cap. vlt.  
89. dist.

10.  
D. Greg.  
Cap. 1. 89  
dist.

11.  
Hugo de  
S. Vict.

gradus, & ordines potestatum sub uno tamen capite utrinque distributi, & quasi ab uno principio deducti, & ad unum relati, &c.

12  
Innoc. Pa  
pa.  
Cap. Ex  
intueto de  
Hæret.

Innocentius Papa III. scribens vniuersis Christi fidelibus tam in vrbe Metens. quàm in eius diœcesi constitutis relatus in cap. *Ex intueto*, vers. *Sicut de hæretic*, ibi ita, *Multi sunt ordines in Ecclesia, sed non omnes idem habent officium, quia secundum Apostolum alios Dominus dedit Apostolos, alios, &c.*

13  
Greg. Pa  
pa.  
C. Sicut  
de Hæret.  
D. Hier.  
Cap. Ec-  
clesia. 16.  
q. 1.

Gregorius IX. scribens similiter Archiepiscopo Mediolan. in c. *Sicut*, 44. eodem tit. de Hæret. Hieronymus quoque scribens ad Rusticum hac de causa asserit, *Ecclesiam habere senatum*, prout habetur in cap. *Ecclesia*, 16. q. 1. ibi, *Ecclesia senatum habet presbyterorum, &c.*

14  
Isidorus.  
C. Cleros  
21. dist.  
C. Perle-  
ctis. 25. d.

Isidorus quoque Episcopus Hispalensis lib. 7. Ethymolog. cap. 12. relatus in nostro cap. *Cleros* 21. dist. & in epist. ad Ludrifredum, quæ habetur in cap. *Perlectis* 25. dist. multis declarat, qualiter in Ecclesia reperiatur ordo, & quinam sint illius gradus, & officia latè explicat.

15

Tandem vniuersi Doctores sancti, ac Patres explicantes loca suprâ citata Beati Pauli in idem vnanimiter cõueniunt, quos non est opus hîc referre, quia in sequentibus opportunius de illis sermo erit.

16  
Nicen.  
Florent.  
Trid.

Ex Concilijs eadem conclusio ostenditur. Nam vt omittamus antiquiora videlicet Nicænum 1. Canon. 18. & sæpè ibidem Florent. in tract. *de Sacram.* & alios, vbi ordinem Ecclesiæ & illius gradus ponuntur. Veritas hæc sæpius expresse definita reperitur in Conc. Trid. in sess. 23. de sacram. Ordin. & imprimis cap. 2. in-

quiens: Cum autem diuina res sit tam sancti sacerdotij ministerium consentaneum fuit, quod dignius, & maiori cum veneratione exerceri posset, vt in Ecclesia ordinatissima dispositione plures, & diuersi essent ministrorum ordines, &c.

Rursus cap. 4. ibi, *Quod si quis omnes Christianos promiscuè noui testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spiritali prædictos esse affirmet, nihil aliud facere videtur, quam Ecclesiasticam Hierarchiam, quæ est, vt castrorû acies ordinata confundere, perinde, ac si contra B. Pauli doctrinam omnes Apostoli, omnes Prophete, omnes sint Doctores.*

Et denique Can. 6. *Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiã diuina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, presbyteris, & ministris, anathema sit.*

Deniq; ratione efficaci (quæ erat vltima probationis pars) multipliciter confirmatur. Primò namque, si ad vniuersam rerum naturam, mentem, & oculos conuertamus; id nos aperte suadet, cum enim in totius vniuersi natura, & tenore, ordo quidam inueniatur immutabili lege Sancitus, cuius vinculo omnia aluntur, & sub cuius principatu disposita conseruãtur; aliaque sunt superiora, alia inferiora, vt per singulas rerum naturæ partes discurrendo philosophari quis poterat; longoque, sed eleganti discursu ex corporum cœlestium humanorum, ipsorumque animantium ordine ducto profequitur Pihgius de Eccles. Hierar. lib. 2. cap. 2. per totum.

Quis dubitare poterit, in Ecclesia Christi eundem quoque ordinem reperiri, eandemque Ecclesiam mirabili quodam ordine Hierarchico ab ipso Christo D. fuisse institutam, cum

finis

17

Trid.

18

Trid.

19

Pihgius.



finis Ecclesiæ longe excellentior sit utpote supernaturalis, ac ad esse gratiæ, & supernaturalem gloriam intendens, quam finis naturæ, qui tantum naturalis est, & ad esse naturæ ordinatus, & propter ipsammet Ecclesiã omnia naturalia, nempe cœlum, terram, & quæ in eis sunt, naturæ auctor condiderit; succedatq; proindè vulgare axioma nostrorum, & Philosophorum, propter quod vnumquodq; tale, & illud magis Auth. Multo magis cum similibus, Cod. de Sacros. Eccles.

Aut. Multo magis, C. Sacros. Eccles.

20.

Secundò, si non vniuersaliter ad totum vniuersum, sed indiuidualiter ad corpus quoddam naturale humanum cuiusuis hominis in indiuiduo respiciamus, idem manifestè ostenditur. Quemadmodum enim ad complementum, & perfectionem corporis humani naturalis diuersæ requiruntur partes integrantes; quæ etherogeniæ nuncupantur, vt caro, ossa, nerui, sanguis, & aliæ; & ex istis partibus conflantur diuersa membra in eodè corpore, veluti oculus, auris, pes, manus, & alia, quæ diuersos actus gerunt, diuersaque officia ad totius corporis conseruationem, & esse necessaria, neque omnia membra eundem actum habent, & in ipsismet membris datur quædam ordinata dispositio, in qua consistit decor, & pulchritudo totius corporis, veluti quod caput sit seorsum, pedes deorsum; ad latera manus & sine illa corpus humanum monstrum redderetur. Sic etiam ad perfectionem, & decorem corporis mystici Ecclesiæ (quæ in diuinis literis corpori naturali humano comparatur, vt ad cap. 12. ad Corinth. 1. notant Glossa interlinealis, & ordinaria super Psal.

12. Cor. 1. Glossa interlin.

61. vocans totam Ecclesiam hominẽ quendam generalem, reperiuntur in ea diuersæ partes, & membra cum diuersitate, & varietate actuum, & officiorum vnicuique competentium suo etiam ordine sub vno capite, diuersis gradibus disposita, & constituta; ex quibus pulchritudo corporis mystici Ecclesiæ resultat; vt enim inquit elegantè Caietan. in Ioan. 3. pulchrum consistit in ordine, & proportionem membrorum; ita variæ dignitates tanquam membra, & Deus incarnatus tanquam suprema pars mundo inclusa augent pulchrum in vniuerso.

Caiet.

Quod argumentum in specie mirabiliter conficit D. Paulus d. loco 1. ad Corinth. 12. ex illis verbis ibi, *Quemadmodum enim corpus vnum est & membra habet multa, &c.* Cum reliquis deinceps sequentibus vsque ad finem cap. ex illo elegantè concludit in hæc verba: *Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte; & alios quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, deinde Prophetas; tertio Doctores, deinde Potestates, &c.* iuncto ibi: *Num omnes Apostoli, num omnes Prophetæ, num omnes Doctores, &c.*

21. 1. ad Cor. 12.

Vnde Glossa ordin. ibi ad propositum sic explicat: Si omnia membra essent vnum membrum, non modo periret multitudo sensuum, sed etiam corpus; ita si in Ecclesia omnes essent vnius officij, & dignitatis, non discernerentur membra, nec corpus. Et D. Greg. in supra citato cap. Singula. 89. dist. idem mutuatus argumentum sic ait: *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita in Ecclesia corpore secundum veridicam Pauli sententiam in vno, eodemque spiritu alij conferendum*

22. Glos. ord.

D. Greg.

rendum est hoc officium, alij committendum est illud, &c. Iuncto infra ibi, Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem representat; ita varietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa, & fortitudinem, & ueritatem sancta Dei Ecclesia manifestat, &c. Eodemq; etiam argumento utitur Papa Innoc. in illa Decretali epistola, de qua infra relata in cap. Cum ex iniuncto. 12. vers. Sicut de Hæret. ibi: Sicut enim multa sunt membra corporis; omnia uero non eundem actum habent; ita multi sunt ordines in Ecclesia, sed non omnes idem habent officium, &c. Greg. quoque Papa 9. in d. cap. Sicut. 14. eodem tit. de Hæretic. & ad illud in hac etiam materia manifestè respicit Cōcil. Trid. d. sess. 23. de sacram. ord. cap. 4. in illis uerbis, dum ait, Perinde, ac si contra Beati Pauli doctrinam omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Euangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores.

23.

Tertiò si corpoream quoque machinam animo transcendere, & cum Paulo ad tertium usque cœlum poterimus, idem apertè demonstrat cœlestis illa, uerèque ordinatissima Hierarchia, in suprema Hierusalem, & triumphanti Ecclesia refulgens; ubi sub vno principe Deo optimo maximo cœlestes spiritus in tres Hierarchias, & nouem choros, seu ordines distinguuntur; reperiturq; in illis ordo inferioritatis, & superioritatis, secundum varios dignitatum gradus, ut latè, & optimè distinguit Dionys. in lib. cœlesti Hierarch. & cum Diuo Thom. 1. p. q. 108. per totam prosequuntur Theologi scholastici: nouissimè P. Soar. de Angel. lib. 1. c. 13. per tot. & supra diximus in 2. supposito.

Dionys.  
D. Tho.

Soar.

Cum enim ad exemplar illius triumphantis nostra militans Ecclesia firmata sit, ut probatur Exod. 25. Inspice, & fac tibi secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte. Et ex Paulo ad Hebr. 9. ibi; Exemplaria quidem cœlestium. Qua de causa Apostolus ibidem, & cap. 9. Ea, quæ in hac Christi Ecclesia peraguntur, & personas eius cœlestia uocat, ut ibi optime interpretatur Chrysost. & sæpe in Euangelio Regnum cœlorum appellatur. Et Psal. 86. dicitur, Fundamenta eius in montibus sanctis: cum multis, de quibus Michael de Anima in tract. de unitate ouil. & past. cap. 6. n. 6. comprobatur ad propositum ex alijs Illustrissimus Cardin. Cæsar Baronius Annal. tom. 2. anno Christi 112. §. Post hæc cum seq. necessariò sequitur instar cœlestis illius præstantissimæ Hierarchiæ Ecclesiasticam pariter in militanti Ecclesia fuisse ordinatam; præcipuè cum status Ecclesiæ, ut arguit D. Thom. & cum eo cæteri infra citandi medius sit inter statum naturæ, & gloriæ; sed in statu naturæ in naturalibus, ut supra in primo argumento, & in statu gloriæ inuenitur ordo, ut proximè, ergo & in statu Ecclesiæ reperitur.

Qua ratione etiam elegantissimè ad propositum, utitur D. Bernard. lib. 3. de Considerat. ad Eugen. cap. 4. sub fin. Sicuti illic (inquit sanctus Pater) Seraphim, & Cherubim, ac cæteri quique usque ad Angelos, & Archangelos ordinantur sub vno capite Deo; ita hic quoque sub vno summo Pontifice primates, vel Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, presbyteri, vel abbates, & reliqui in hunc modum, &c. Et D. Gregor. in supracitato capite Ad hoc. 89. dist. ibi, Cæle-

24.

Exod. 25

Hebr. 9.

Chrysost.

Psal. 86.

Michael  
de Anim.

Cæs. Bar.

D. Tho.

25.  
D. Bern.

D. Greg.

*Cælestium militiarum exemplar nos instituit; quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine, sicut nostri, differt alter ab altero.*

26.

Clem. Pa.  
pa.

Quartò probatur ex eleganti illa similitudine, qua D. Petrus Ecclesiæ statum magnæ nauis comparauit, prout de eo refert Clem. Papa 1. illius successor in epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, quæ habetur 1. tom. Concil. *Similis namque, inquit Petrus, est status Ecclesiæ omnis, magnæ nauis, quæ per uentos pelagus diuersis è locis, & regionibus viros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius Dominus ipse omnipotens Deus, gubernator verò sit Christus. Tum deinde prout officium Episcopus impleat; presbyteri nautarum; Diaconi dispensatorum locum teneant; hi, qui catechizant nautologis conferantur. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo similis sit, ipsum quoque mare hic mundus habeatur, & c. iuncto infra ibi: Sed ante omnia cū quiete, & silentio Epibata, i. laici in suis unusquisque resideant locis, ne fortè per iniquitum linem, & in conditos, inutilesque discursus, si passim vagari ceperint, vel ab officio suo nautas impediunt, vel in alterum latus per inquietudinem eorum nauis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus comoneant, & nihil omninò quod ad diligentiam, vel disciplinam pertinet, Diaconi negligant. Presbyteri velut nautæ aptent singula ad instructionem nauis diligenter, & instruant, quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta vigilanter, & sollicitè gubernatoris verba custodiat Christi: Saluator Dominus gubernator Ecclesiæ suæ diligatur ab omnibus, & ipsius solū præceptis, ac iussis credat, & obediat omnis Ecclesiæ. Hucusque D. Petrus.*

Quo quidem exemplo mirabiliter ab ipso quasi ad viuum exprimitur ordo Hierarchicus, & totius Ecclesiæ Christi sacer principatus. Nam dum in Ecclesiæ magna nauis, inquit, præter vectores, seu Epibatas, i. laicos opus esse gubernatore, nempe Christo, seu eius vicario Romano Pontifice. Proretis. i. Episcopis, Nautis, i. Presbyteris, Nautologis, & alijs circa ministerium nauis, qui Diaconis, & reliquis Ecclesiæ ministris comparatur: & horum omnium alios quidem parere debere, nulloque munere Ecclesiastico fugi, prout sūt laici, qui eo verbo Græco, quasi populares ita appellatur; alios verò imperare, & principatum quendam in cæteros habere, vt Episcopi, Presbyteri, & reliqui Ecclesiastici ministri iā cernere est; in illis Ecclesiasticâ Hierarchiam iuxta propriam nominis significationem suis varijs distinctam gradibus, vt in proposito ex eodem D. Petri loco ita optime aduertit Franc. Duar. lib. 1. de sacris Eccl. min. cap. 7. in principio.

Quintò ex ea etiam ratione ostenditur, quia ponendo ordinem in Ecclesia imprimis sapientia diuina, quæ in suis operibus maxime repræsentatur, & per eadem cognoscitur iuxta illud Pauli ad Rom. 1. *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Clarius in ministerijs Ecclesiæ elucet, tanquam in distinctione rerum maxime ordinata; in quem sensum pulchrè accommodat D. Aug. illud, quod legitur Psal. 47. secundum interpretationem Septuaginta, Deus in gradibus eius cognoscetur, i. vt declarat August. in gradibus ordinum ministerij Ecclesiæ. Cui etiam concinit D. Greg. Hom. 15. super Ezechiel. relatus in cap.*

27.

Duar.

28.

Ad Rom.

D. Aug.

D. Greg.

Cap. Cum cap. Cum sanctam de pœnit. dist. 2. Cum sanctam. de sanctam, inquit, Ecclesiam Dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur: quia eius gloria per illius incrementa declaratur.

29

Deinde rectæ eiusdem Ecclesiæ gubernationi, & humanæ infirmitati consulitur, dum ad singula officia, & ministeria exercenda, quæ per vnum commode, & sine confusione peragi non valebant d. cap. Singula. 89. dist. singuli deputantur. Quod in lege veteri fuit figuratum Numer. 11. in eo quod Dominus Moyse septuaginta senes populi in adiutorium dedit, auferens de eius spiritu, & tradens eis, vt sustentarent onus populi, sicut text.

C. Singula 89. dist.

Num. 11

C. Vt cognouerunt. de pœnit. dist. 2.

facit inquit: cap. Vt cognouerunt. §. Opponitur de pœnit. dist. 2. Et denique hac ratione amplior hominibus proficiendi patet via, dum ad plures pertinere potest dignitas ministrorum, qua sacramenta alijs dispensando cooperatores Dei fiunt; quo nihil diuinius potest contingere secundum Dionysium de cœlest. Hierar. 3. p. cap. 1.

D. Dion.

30

Sexto confirmatur, quia Ecclesia corpus mysticum componitur ex statu Ecclesiastico, & sæculari, & prout dicit Hugo de Sancto Victore lib. de sacramentis, Ex duplici pariete; clericali scilicet, & laicali. Consonat D. Hier. in cap. Duo sunt genera Christianorum. 12. q. 1. Et in eundem finem duæ etiã reperiuntur potestates in eodẽ corpore; altera Ecclesiastica, & spiritalis; altera laicalis, & temporalis, cap. Solita, de maiorit. & obed. Extrauag. Vnam sanctam, eo tit. inter communes cum alijs; quod figuratum etiam fuit in veteri testamento 3. Reg. 7. vbi dicitur, quod Salomon statuit duas columnas æreas in porticu templi, per

Hugo de S. Vict.

D. Hier. Cap. Duo sunt. 12. q. 1.

C. Solita, de maior. &amp; obed. Extrau. Vnã sanctã eod. tit. 3. Reg. 7.

quam Ecclesia militas significabatur, quia per illam ingrediebatur ad templum, & ita per militantem Ecclesiam ad triumphantem. Sed in statu sæculari, & pariete laicali, ordo reperitur potestatum diuersarum, quibus vicissim alij alijs obediunt, & subordinantur, vt Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, & reliqui, quos vsus quotidianus demonstrat, & patet ex Apost. ad Rom. 13. Omnis anima sublimioribus Potestatibus subdita sit; relato in cap. Omnis anima de Censib. & 1. Petr. 2. Subditi estote omni humana creatura propter Deum; siue Regi tanquam præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis, &c. Ergo & in statu Ecclesiastico, ac pariete clericali idem ordo necessario dari debebat, præsertim cum certum sit, vtrumque statum, & potestatem esse à Deo; & quæ à Deo sunt, ordinata sint; vt etiam, inquit Paul. d. loco ad Rom. 13. & cum eo Bonifac. 8. in d. Extrauag. Vnam sanctam, de maiorit. & obed. inter communes.

Septimo etiam probatur, quia secundum D. Dionysium lex diuinitatis est, infima per media ad suprema reduci, & media per prima, & ideo vt Deus Opt. Max. in suis operationibus representaretur non solum secundum quod in se est, sed etiam secundum quod alijs influit, prædictam legem imposuit omnibus, atque ideo secundum ordinem vniuersi non omnia æque, atque immediatè, sed infima per media, ac inferiora per superiora ad ordinem reducantur, vt eleganter his fere verbis inquit Pontifex in d. Extrauag. Vnam sanctam, vers. Nam secundum, de maiorit. & obed. inter communes. Ergo vt illa diuina

Ad Rom.

13. C. Omnis anima de Censib.

1. Petr. 2.

Rom. 13.

Bonif. 8.

31. Dionys.

Bonifac.

lex, repræsentatioq; ac pulchritudo operum Dei eiusdem Ecclesiæ non deesset, necessariò fatendū est, in eadem posuisse ordinem, per quem alij alijs influerent, & sacramenta ministrarent, suo modo in hoc Deo assimilati, & ita infima per media ad supremam reducerentur.

Ultimò tandem arguitur ab excellentia sacerdotij, & ministerij noui testamenti cum ipso ritu gentilium, imò & veteris testamenti comparati.

Si enim apud Gentiles sola naturali ratione edoctos sacerdotium fuit, & sacerdotes, vt apud Liuium de Numa Pompilio, & Genes. 47. de sacerdotibus Aegypti memorię proditum est; & eorundem sacerdotum distinctio, & ordo introductus; alij enim simpliciter flamines, alij Archiflamines, alij Primiflamines appellabantur, vt dicit

Clemens Papa epist. 1. ad Iacobū fratrem Domini: relatus in cap. *In illis.*

80. dist. Gratian. in princ. 21. dist. Et in veteri testamento varij etiam sacerdotum, & ministrorū fuerunt gradus vario consecrationis ritu sanctificati, vt de Aaron summo sacerdote, & de filijs eius inferioris gradus sacerdotibus legitur *Leuit. 8.* & alibi, vt statim dicemus. Quanto magis in nouo testamento sacerdotum, & ministrorum varij etiam ordines, & gradus debent consecrari ad ministeriū legis gratiæ explendum, quod multo dignius est, & excellentius, vt habetur

2. ad Corinth. 3. *33.* Quinimò hunc ipsum ordinē Hierarchicum, & sacerdotum, ac ministrorum distinctionem in ipso veteri testamento fuisse inchoatam, & modò in nouo plenius consummatam; benè dixit Gratian. in d. princ. 21. dist. Nam

vt habetur *Exod. 28.* & *1. Paralip. cap. 23.* & *2. cap. 23.* Moyse ex præcepto Domini Aaron in summum Pontificem, filios verò eius vnxit, & consecrauit in inferioris grad⁹ sacerdotes.

Deindè *Leuiticus* ordo tametsi vno cōsecrationis ritū sanctificaretur; varijs tamen ministrorū ordinibus distinctus, & in tres ordines sub suis capitibus, & principibus distributus est; filijs enim Caaph. sub principe Heliasapham sacratorū cura erat deman-

data, interiorū videlicet tabernaculi, hoc est sanctuarij, Arce, mensæ sacræ, candelabri, altarium, vasorū, vniuersæq; supellectilis ad prædicta pertinentis. Filij verò Gerson sub suo principe Heliasapham externorū tabernaculi cura commissæ erat, nempe cooperimentorum eius, cortinarum atrij, & tentorij, & in introitu atrij; & id genus vtensilium. Tandemque filijs Merari, sub principe Suriele, vèctes, columnæ cū basibus, paxillis cum funibus suis tam tabernaculi, quàm atrij cōmissæ fuerunt, vt latius hæc omnia recēset Pighius *Eccles. Hierarch. lib. 2. cap. 3.* in princ. Postea Dauid cum ministeria domus Domini ampliaret; sanitores, & Cantores instituit, & deinceps Salomon Exorcistas, qui ex obsessis corporibus demones expellebant. Quos omnes sacerdotum, & ministrorū gradus Ecclesia postea in lege gratiæ excellentiori modo fuit imitata suā Hierarchiā, suumq; sacrū ex illis cōstituēs principatū, vt asserit

Gratian. d. loco, & infra videbimus, cum de illorū singulis agendū fuerit, vt ita quę in illa lege in vmbra solū, & figura contigerunt, teste Apostolo: *Lex vmbra habet futurorum bonorum, &c.* Postea in solida veritate,

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

*in*

Liuius.  
Genes. 47

Clem. Pa  
pa.  
Cap. In  
illis. 80.  
dist.  
Gratian.

Leuit. 8.

2. Cor. 3.

33.

Gratian.

Exod. 28.

1. Paralip.

23.

2. Par. 23

Pighius.

Gratian.

in militanti Ecclesia constituerentur.

34 Mitto alia fundamenta, quæ in cõ-  
firmationem eiusdem veritatis ultra  
predicta adducunt Doctores modo  
citandi; ex quibus hæc est constans  
omnium Catholicorum, & vnanimis  
resolutio, quam ex Theologis schola-  
isticis tradunt, & comprobant Magist.  
in 4. dist. 24. & ibidem D. Thom. q. 1.  
art. 1. & q. 2. art. 1. Scot. q. 1. §. Circa  
quæstionem, D. Bonau. q. 4. Capreol.  
q. 2. §. Quantum ad primum. Aureol. q.  
vnic. art. 1. in princ. dicens, *Quod ordo  
in Ecclesia nõ est aliud, quàm Hierarchi-  
ca quædam dispositio inter præsidentes.*  
Sot. art. 1. in princ. vsque ad secundã  
conclusionem. Et dist. 13. q. 1. art. 1.  
Ledesm. 2. 4. q. 36. art. 1. col. 2. vers.  
*Prior est.* Idem D. Tho. in addit. ad 3.  
p. q. 34. art. 1. & q. 37. art. 1. & vtrobi-  
que omnes expositores. Cabesud. il-  
la q. 34. art. 1. §. *Prima ergo pars.* cum  
sequentibus, Valent. 4. tom. disp. 9.  
generali, q. 1. punct. 2. Henric. in sum.  
lib. 10. de sacram. ord. cap. 1. §. 2. & c.  
4. §. 2. & cap. 25. à princ. & cap. 26. in  
princ. & §. 4. Fr. Paulus Carrar. in Ca-  
nonica ac moral. Theolog. q. 3. art. 9.  
quæsit. 1. per totum, & quæsit. 3. in  
princ. Scribon. in Theosmia, seu de  
sacram. disp. 7. de ordine, q. 1. §. *Cõtra  
verò, ad fin.* cum duobus sequentibus.  
Vincet. Filliucius moral. quest. tract.  
9. cap. 1. q. 5. Card. Baron. cõprobans  
ex sanctis Patribus Annal. tom. 1. an-  
no Christi 44. §. *Eiusmodi,* cum sequen-  
tibus, & tom. 2. anno Christi 109.  
Soar. de relig. tom. 3. qui est primus  
de statu religionis lib. 1. cap. 2. n. 1. 3.  
5. & 6. & ex Doctoribus positiuis ex-  
positores ad epistolas B. Pauli ad Ti-  
moth. & Titum, quæ propterea Hie-  
rarchicæ à Græcis Theologis, & Pa-

tribus nuncupatur; quod in illis agat  
Apostolus de Ecclesiastica Hierarch.  
scilicet de sacris Ecclesiæ Magistrati-  
bus, ordinibus, seu gradibus, & sacer-  
dotibus agit Apostolus; & vt elegan-  
ter ait Nicephor. Eccl. histor. lib. 2. c.  
34. agens de materia epist. 1. ad Timot.  
In hac epist. tanquã in forma adum-  
brata vitam Hierarchicam exprimit  
Paul. notant in specie Fr. Ludou. Sot-  
tomaior in cõment. d. epist. ad Timo-  
th. cap. 3. statim in princ. Magallanius  
Oper. Hierar. siue de Eccles. princi-  
patu in præfat. ad predictas epistolas,  
sect. 8. n. 4. Et tandem ex nostris iuris  
professoribus idem docuit ante alios  
optimè disputas Turrecem. in princ.  
dist. 21. n. 1. & 2. & in nostro cap. Cle-  
ros, eadem dist. à n. 2. vsque ad nu. 9.  
Lælius Zechius de Rep. Ecclesiast.  
tit. de statu personarum in communi  
n. 2. & cap. 29. nu. 1. Eponis Boetius  
syntagm. antiquitat. Ecclesiast. syn-  
tagm. 7. de Hierarchia n. 10. Duar. li-  
br. 1. de sacr. Eccl. ministr. cap. 7. in  
princip. & plures alij infra in discursu  
referendi.

§. V.  
Satisfit argumentis Hereticorum in  
initio adducti.

### SUMMARIUM.

- 1 Satisfit Hereticorum argumentis.
- 2 Intelligitur locus D. Petri ab Hære-  
ticis primò adductus.
- 3 Explicantur verba Apocal. 1. & 5.
- 4 Explicatur Tertullianus.
- 5 Satisfit priori parti secundi argumē-  
ti Hereticorum existimantium, Hie-  
rarchicum ordinem libertati, & uni-  
tati Ecclesiæ repugnare.
- 6 Satisfit secundæ, & tertiæ parti præ-  
dicti

Niceph.  
1. ad Ti-  
moth.

Sottomai.

Magall.

Turrecem.

Zechius.

Bottius.

Duar.

dicti secundi Hæreticorum argumēti, habentis, Hierarchicum ordinem libertati, & humiliati Ecclesie repugnare.

7 Superiores Ecclesie ministri non debent dominari inferioribus, tanquam domini seruis.

8 Ministri Ecclesiastici non debent se reputare alijs superiores, nisi in officio tantum.

9 Satisfit tertio argumento Hæreticorum ex verbis D. Petri desumpto.

10 Nomen, Cleros, non ad totam Ecclesiam in genere, vel ad Clericos tantum in particulari referri potest.

11 Ordinarium est in iure, ut unum nomen in eadem oratione diuersis respectibus diuersimodè accipiatur.

12 Negantes Hierarchicum Ecclesie ordinem in inferiorum loca detrudēdi.



Vperest tandem, vt ad obiectiones, & ad argumenta supra in initio quæstionis adducta respondeamus.

<sup>1</sup> Ad primum ergo ex auctoritate <sup>1. Petr. 2.</sup> 1. Petr. 2. ibi, *Regale sacerdotium, &c.* vbi omnes Christiani sacerdotes appellantur, omiſſis alijs respōſionibus, de quibus Ledes. 2. 4. q. 36. art. 1. col. pen. & vlt. Henric. in sum. lib. 6. de pēnit. cap. 2. §. 6. Albert. Pighius de Hierar. Eccles. lib. 2. cap. 3. vers. *Sed dices:* asserentis locum illum intelligēdum esse de omnibus Christianis collectiue sumptis. Melius cum cōmuni Doctorum interpretatione respondetur D. Petri ibi, loqui de sacerdotio improprio spiritali, scilicet interno, quo omnis Christianus pius, & iustus generaliter loquēdo appellari potest sacerdos, quatenus baptismo, & gratia inunctus corpus, & animam suam

Deo offert per spirituale honorū opērum, & virtutum sacrificiū, de quo sacrificio dicitur Ps. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Et ad Rom. *Exhibeatis corpora vestra hostiā viuētem Deo placentem, &c.* Et in eodem sensu Auctor Imperf. super Matth. dicit, omnē sanctum esse sacerdotē prout refertur in cap. *Multi.* ibi, *sed omnis sanctus sacerdos.* 40. dist. vbi textus sic est intelligendus, nullo autē modo accipi possūt verba Petri de sacerdotio proprio, nempe visibili, & externo, quo speciali ritu ministri consecrantur ad ineffabile altaris sacrificium, de quo in presenti agitur. Quod patet ex verbis antecedentibus eiusdem loci, vbi D. Petrus exhortās omnes Christianos, vt fiant Deo sacerdotium sanctū per bonorum operum spiritalia sacrificia, ibi: *Ipsi quoque veluti viui lapides adificemini, domus spiritalis, sacerdotium sanctum ad offerendum spiritalia hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum.* Et statim subsequenter adiunxit prædicta verba: *Vos autē genus electū, regale sacerdotium, gens sancta, &c.* Sic manifestè ostendens, vtroque in loco de sacerdotio spiritali locutum fuisse. Ita optimè post D. Tho. 3. p. q. 32. multis confirmans Sot. in 4. dist. 13. q. 1. ar. 1. vers. *Arguunt autem Lutherani.* & vers. seq. Scribon. in Theosim. disp. 7. de ordin. q. 6. vers. *Sed obijciūt.* Valent. comment. tom. 4. disp. 9. generalis, q. 1. punct. 2. ad fin. §. *Ceterum hanc suam opinionem.* Latè Henric. supra lib. 1. de sacram. in gen. cap. 26. §. 3. iuncto commento lit. L. M. N. O. & d. lib. 6. de pēnit. cap. 2. §. 6. & lib. 10. de Ord. sacram. cap. 4. §. 2. Ouand. in 4. dist. 25. propos. 5. §. *Quando Petrus.* Bellarm. de cōtrou. Christ. fid. tom. 2.

Psal. 50.  
Ad Rom.

Auct. Imperf.

C. Multi  
40. dist.

<sup>C</sup> Et statim subsequenter adiunxit prædicta verba: *Vos autē genus electū, regale sacerdotium, gens sancta, &c.* Sic manifestè ostendens, vtroque in loco de sacerdotio spiritali locutum fuisse. Ita optimè post D. Tho. 3. p. q. 32. multis confirmans Sot. in 4. dist. 13. q. 1. ar. 1. vers. *Arguunt autem Lutherani.* & vers. seq. Scribon. in Theosim. disp. 7. de ordin. q. 6. vers. *Sed obijciūt.* Valent. comment. tom. 4. disp. 9. generalis, q. 1. punct. 2. ad fin. §. *Ceterum hanc suam opinionem.* Latè Henric. supra lib. 1. de sacram. in gen. cap. 26. §. 3. iuncto commento lit. L. M. N. O. & d. lib. 6. de pēnit. cap. 2. §. 6. & lib. 10. de Ord. sacram. cap. 4. §. 2. Ouand. in 4. dist. 25. propos. 5. §. *Quando Petrus.* Bellarm. de cōtrou. Christ. fid. tom. 2.

D. Thom.  
Sot.

Scribon.

Valent.

Henric.

Ouand.  
Bellarm.

<sup>1</sup> 1. Petr. 2.  
Ledesm.  
Henric.  
Pighius.

lib. 1. de sacram. in genere, cap. 25. §. Respondeo ad primum, cum sequentibus.

Quo etiam modo intelligi debent alia similia verba Apoc. 1. & 5. in eodem argumento adducta ibi, *Regnum, & Sacerdotes, &c.* Accipiendo scilicet de sacerdotio spirituali Beatorum in cælo, quo Deo laudes offerunt. In quo etiam sensu sumuntur in eodem lib. Apoc. cap. 20. alia verba ibi, *Sacerdotes Dei, & Christi eius.*

Bellarmin. & Ledesm. proximè. Idq; ex eo euidenter colligitur; quia D. Ioann. ibidem æqualiter coniungit *Regnum, & Sacerdotium*, prout etiam fecit D. Petrus supra ibi, *Regale sacerdotium*. Atquæ non omnes Christiani sunt Reges, regnumvè obtinent, nisi intelligamus de regno spirituali, quo pij, & sancti in cælesti patria cum Christo Domino impassibili, & immortalis in æternum regnare debent; illiusque regni beati, & gloriosi confortes fieri 2. ad Timoth. 2. *Si sustine-*

*bimus, & conregnabimus*, ubi eleganter sic interpretatur Sottomaior; & patet ex iisdemmet verbis Apocal. 20. ibi, *Sederunt Sacerdotes Dei, & Christi,*

*& regnabunt cum eo mille annis, &c.* Ergo eodem modo intelligi debent prædicta verba de sacerdotio spirituali, & interno, qui Christiani pij, & sancti in via. i. hoc sæculo offerunt Deo spirituales hostias bonorum operum, & precum, & in patria, id est, cælo eodem laudes diuinas effundunt. Ultra quæ superior interpretatio mirè etiam conuenit verbis Ioannis tam in d. cap. 1. ibi, *Princeps Regum terra. i. Christus Dominus, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos Regnum, & Sacerdotes Deo & Patri suo, &c.* Quam in d.

cap. 5. ibi, *Fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes, & regnauimus super terram.* Confirmaturq; tandem cum Ledesma, & Bellarm. supra: quia verba D. Petri dicto loco ad Christianos relata sumpta sunt ex cap. 19. Exodi: ubi Moyses ex voce Domini Hebræos omnes, & vniuersam synagogam Sacerdotes etiam constituit, & Reges; ut ibi. *Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis; mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta, &c.* Sed Moyses ibi non agit de sacerdotio externo proprio, & visibili; hoc enim solum consecrati erant Aaron, & filij eius, ut supra diximus; & de eo loquitur text. Exod. 28. *Fratri tuo Aaron, & filijs eius vestimenta sancta, ut sacerdotio fungantur mihi, &c.* Sed de interno, & spirituali, ut benè probant verba tex. sacri, ibi, *Si ergo audieritis verbum Domini, & custodieritis, &c.* ergo de eodem sacerdotio D. Petrus locutus videtur.

Neque Tertullianus in oppositum etiam citatus contrarium sentit, aut deduxit ex dictis verbis Apoc. 1. dum asserit: *Nonne & laici sacerdotes sumus, scriptum est enim, &c.* Nam verba hæc solum apposuit per modum cuiusdam interrogationis, rationisq; dubitandi. Dixerat enim sacerdotes laicis esse superiores, ibi, *Vani erimus si putauerimus, quod sacerdotibus non licet, laicis licere, & tunc dubitatiuè arguit, Nonne & laici sacerdotes sumus? scriptum est enim, &c.* Cui dubitationi statim respondet differentiam agnoscens inter laicos, & sacerdotes, seu clericos tam ex iure diuino, quam ex Ecclesiæ auctoritate inductam differentiam

Ioan. 5.

Bellarm. Ledesm.

19. Exod.

Exod. 28

4

Apoc. 1.

3  
Apoc. 1.  
& 5.

Apoc. 20.

Bellarm.  
Ledesma.2. ad Tim.  
2.  
Sottom.  
Apoc. 20.

Ioan. 1.



rentiam, inquit, *Inter ordinem, & plebem constituit Ecclesie auctoritas, & honor per ordinis concessum sanctificatus à Deo, &c.* vt benè in proposito aduertit, & declarat Scribon. suprà d. q. 6. ad fin. vers. *Respondemus quod si.*

Scribon.

5

Ad secundum argumentum quo ad primam ipsius partem, qua dicitur ordinem Hierarchicum. i. ordinum diuersitatem in Ecclesia repugnare eiusdem veritati, qua secundum Apostolum vnus, & simplex esse debet; respondetur hanc vnitatem esse vnitatem fidei, vt idemmet Apostolus declarat ad Ephes. 4. *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & Pater omnium, &c.* Per quam scilicet omnes Christiani vnã fidem tenere debent, vnum, atque idem sentire, ac prædicare absque schismatum, & errorum varietate. Quæ quidem veritas nullatenus excludit distinctionem, ac diuersitatem ordinum, & graduum ministrorum eiusdem Ecclesie. Quemadmodum enim varietas, & diuersitas membrorum corporis naturalis non pugnat cum vnitatem eiusdem corporis; ita nec varietas, & distinctio membrorum Ecclesie repugnat vnitati corporis mystici illius, vt ad idem propositum argumentatur ipsemet D. Paulus 1. ad Corinth. 12. his verbis:

Ad Ephef. 4.

1. Cor. 12

*Quemadmodum enim corpus vnum est, & membra habet multa; omnia verò membra corporis cum sint multa, vnum sunt corpus; sic & Christus, &c.* Et per totum illud caput à principio multis alijs hanc veritatem confirmat; quam etiam tradit D. Gregor. in cap. *Singula.* 89. dist. vt suprà iam in confirmatione conclusionis notauimus. Dum autem ad Galat. 3. inquit idem Apostolus: *Non est Iudeus, neque Græcus, non est*

D. Greg.

*seruus, neque liber, &c.* Nequaquam supradictis repugnat, neque his verbis voluit ab Ecclesia excludere diuersitatem conditionum, nationum, aut sexuum; sed solummodo admonere, non esse ista, quæ filios Dei faciunt, sed potius fidem, quæ per dilectionem operatur, vt ex verbis precedentibus, & sequentibus manifestè constat, explicatque elegantius sic respondens Bellarm. tom. 1. de controuers. Christ. fidei lib. 1. de clericis, §. *Sed eorum obiectiunculas* cum tribus sequentibus. Turrecr. in præsent. n. 5. vers. *Ad primam*, Carraria in Canonica, ac morali Theologia, q. 3. art. 9. quæsito 1. num. 25. cum sequentibus puncto. 1.

Bellarm.

Turrecr. Carrar.

Quoad secundam verò, & tertiam eiusdem argumenti partem, dum dicitur eundem ordinem repugnare etiã libertati, in quam per Christum vocati sumus, & humilitati, quam in Ecclesia sua præcepit; Respondetur cum eodem Turrecrem. nu. 5. & 6. suprà Sot. in 4. dist. 24. q. 1. art. 1. in fin. post D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 34. art. 1. ad 1. & 2. verum quidem esse ordinem subiectionis, qua quis vt seruus domino subijcitur; dominus verò ad sui utilitatem seruo dominatur, repugnare libertati, similiterque pugnare cum humilitate si quis se merito alijs superiorem reputet; nequaquam verò talem esse prælationem illam, & subiectionem, quæ ex Hierarchico ordine resultat inter ministros Ecclesie, iuxta suorum graduum diuersitatem, sed longè diuersam.

6

Turrecr. Sot. D. Thom.

Imprimis enim quantum ad dominium, prælati Ecclesie, & reliqui ministri superiores non debent dominari laicis, aut cæteris ministris inferioribus.

7

ferioribus, tanquam domini seruis, neque ut habentes dominium, & imperiũ, quod dicitur despoticum; hoc enim prohibitum est ab ipso Christo

*Mat. 20.* D. in Euangel. Matth. 20. *Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos? Non ita erit inter vos.* Idemque præcepit Diuus Petrus epist. 1. cap. 5. *ibi, Neque ut dominantes in cleris.* Et ex eius auctoritate Cabilon. Conc. in cap. vlt. 94. dist. Brachar. 2. in cap. 1. i. 10. q. 3. Septima Synodus in cap. *Prædicator, 64. dist. q. 1.* D. Hieronym. epist. 1. ad Nepot. in cap. *Esto subiectus, 95. dist. Sed potius tanquam patres salutem subditorum procurantes, & veluti ministri eorum, ut ait D. Petrus supra; sed forma facti gregis ex animo.* Unde D. Grego. 2. p. pastoral. cap. 6. eleganter inquit, *Summus locus benè regitur, cum is, qui præest vitijs potius, quam fratribus dominatur.* Et D. Bernard. lib. 2. de Considerat. ad Eugenium in idem propositum ait: *Præsis, ut profis; præsis, ut fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, hoc est, ut dispenses, non ut imperes, &c.* cum alijs, quæ sequuntur. Indeque Summus Pontifex non humilitatis tantum causa, sed etiam ad rei veritatem declarandam seruus seruorum Dei se appellat: tradunt eleganter

*Henric. Magall.* Henric. in Sum. d. lib. 10. de ordinis sacram. cap. 26. §. 4. ad fin. Magallan. in proœm. oper. Hierarch. in tres D. Pauli epistolas, sect. 8. §. 2. & 3. Scribon. in Theosim. disp. 7. de ordine, q. 7. in fin. intenditque Duar. lib. 1. de sacris Eccl. min. cap. 7. in princ.

8 Rursus iidem ministri Ecclesiastici, quod tales sint, non debent se reputare alijs superiores merito; nemo

enim scit, quanti meriti sit, sed solum superiores officio, in quo ordo eos constituit. Plane illud solum in hac materia humilitati repugnat, quod merito se quis superiorẽ reputet, iuxta illud Christi D. Luc. 22. *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, &c.* Ideoque, ut inquit Sot. supra Paulus persuadebat, ut licet prælati sint officio superiores existiment se tamen meritis inferiores; tradit, & distinguit optimè ex D. Bonau. Turrecr. supra n. 6. vers. *Ad secundam, post D. Thom. & alios.*

Ad tertium, & vlt. argumentum desumptum ex eodem loco Diui Petri. 1. cap. 5. *ibi, Neque ut dominantes in Cleris, &c.* ubi Apostolus vniuersam Ecclesiam Clerum appellat; respondet dupliciter Bellarm. d. lib. 1. de Cler. cap. 1. ad fin. §. *Sed hæc obiectio.* Primo, cleri appellationem ibi non ad omnes Christianos, sed ad solos clericos, & ministros Ecclesiastici ordinis referri; quasi D. Petrus alloquens Episcopos admoneat, ut vniuersum gregẽ Domini (in quo quidem sunt laici, & clerici) diligenter pascant ibi, *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei.* Et laicos quidem absque vlla turpis lucri gratia, ibi, *Providentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè;* Clericos verò absque imperio, & dominandi cupiditate, ibi: *Neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo, &c.* In quo sensu prædictam auctoritatem accepit D. Hieron. in d. epist. 2. ad Nepotian. ut videre est in d. cap. *Esto subiectus, 95. dist. & Oecum. in comment. eiusdem epistolæ D. Petri, confirmatque Bellarm. supra §. Adde ex allusione nominis, Clerici, id est, de*

forte

*Luc. 22.*

*Sotus.*

*Turrecr. D. Tho.*

9.

*1. Petr. 5*

*Bellarmin.*

*D. Hier. Cap. Esto subiectus.*

*95. dist.*

*Oecum.*

*Bellarmin.*

fortè Domini deriuati à Leuiticis Iudæorum ad clericos noui testamenti, vt ibi latiùs explicat.

10 Secundò, quod etsi admittamus, nomen, Cleri, ibidem ad vniuersam Ecclesiam dirigi; nihil inconuenit, quominùs tum ad illam; tum specialiter ad clericos solos etiã referatur. Diuersimodè tamè ad vtrumque re-tenta sermonis, & nominis proprietate, nempe ad vniuersam Ecclesiam, quatenùs illa fors etiam & hæreditas Christi est, vtpotè suo sanguine acquisita, & redempta, & ita Clerus rectè appellari potest. Ad clericos verò specialiter, quatenùs illi separatim, vt certa Ecclesiæ pars ministerio altaris consecrata, magis specialiter, & propriè fors, & hæreditas eiusdem Christi dicitur, iuxta ea, quæ de significatione nominis, *Clericus*, tradunt Isidorus. Bellarm. relatus in nostro cap. *Cleros*, in princ. idem Bellarm. suprà d. cap. in princ. & plures alij, de quibus infrà suo loco. Sic enim, vt ipse ait ibidem in §. vlt. videmus, quod etiam olim in veteri testamento vniuersa synagoga Iudæorum in libris Prophetarum passim hæreditas Domini vocabatur, quod eã vniuersam Deus ab Aegypto liberasset, & quodammodò redemisset. Specialiter verò sola tribus Leuitica, quod ministerio altaris cõsecrata esset, & in sortem Domini electa fors, & hæreditas ipsius appellabatur.

11 Neque nouum est tam apud bonos auctores, quàm etiam in iure nostro, vt vnum, & idem nomen in vna & eadem oratione diuersis respectibus diuersimodè accipiatur, vt in l. 2.

L. 2. ff. of. ff. de offic. Procons. & leg. iuncta glo. sic. Proc. verbo *manu mitto*. Gloss. verb. *procurator*.

*torum*, in l. Plautius, ff. de procurator. cum multis, de quibus (vt vna allegatione complectar) Tiraq. de retr. lign. §. 1. gloss. 18. n. 22.

Tiraq.  
12.

Quare confirmata sic Catholica veritate huius quæstionis, & ab aduersariorum argumentis defensata, solùm restat dicendum cum Bellarm. d. cap. 1. §. *Ad qualem*, eos, qui hunc Hierarchicum ordinem ab ipsa Dei sapientia constitutum auferre nituntur, & diuersos in Ecclesia gradus confundere, & perturbare conantur exemplo Datan, & Abiron, qui aduersus sacerdotes veteris testamenti clamabant Num. 16. ad ea inferorum loca detrudendos, vbi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Bellarm.

Num. 16.

## Quæstio II. proœmialis.

Qui, & quot sint gradus totius ordinis Hierarchici, Hierarchiæ vè Ecclesiasticæ?

### SUMMARIA.

- 1 In Ecclesiastica Hierarchia gradus, & ordo reperiuntur.
- 2 Heretici tres tantùm ordines in Ecclesia dari existimarunt. Episcopatum scilicet, Presbyteratum, & Diaconatum.
- 3 Primum Hereticorum argumentum ex loco D. Dionysij Areopagite desumptum.
- 4 Secundum ex scripturis noui testamenti.
- 5 Tertium ex cap. Nullus in Episcopum 60. dist.
- 6 Quartum ex Canonibus Apostolorum, & locis Patrum.

C 4

7 Veri-

7 Veritate Catholica reprobatum prædicitur  
 Et a Hæreticorum sententia.

8 An regimen monarchicum licitum  
 sit, & quid si Aristocrata, & Demo-  
 cratia adiungatur.

9 In Ecclesia regimen monarchicum  
 reperitur; adiuncta tamen Aristo-  
 cratia, & Democratia.

10 Superiores, & inferiores Ecclesie mi-  
 nistri equaliter deputantur ad ea,  
 que sunt ordinis, & ad ea, que sunt  
 iurisdictionis.

**D**emonstratum remanet, in  
 Ecclesia militanti ordinem  
 Hierarchicum reperiri, seu  
 sacrum illum principatū di-  
 uino munere cōstitutum, quem Do-  
 ctiores communi, & proprio nomine  
 Hierarchiam Ecclesiasticā appellant.  
 Quoniam verò, vt supra q. 1. notauim-  
 us, omnis ordo, præcipuèque Hie-  
 rarchicus ex multis necessariò confi-  
 stit gradibus, eisque imparibus, & in-  
 æqualibus, inuestigādum sequitur in  
 hac secunda quæstione, qui, & quot  
 sint gradus huius Hierarchiæ? vt cla-  
 riùs postea de vnoquoque, eiusque  
 origine, officio, & potestate peculia-  
 rem instituamus disputationem.

Referuntur sententia, Hæreticorumque  
 argumenta, & Catholica veri-  
 tas astruitur.

**R**es igitur cum solis etiā Hæ-  
 reticis controuersa est; in-  
 ter Catholicos verò Docto-  
 res certissima, & indubitata. Ex illis  
 namque, qui diuersos ordinis gradus  
 in Ecclesia Dei admittunt; in nume-  
 ro tamē, & qualitate illorum (de qui-  
 bus duobus solūm est præsens quæ-

stio) à communi Ecclesiæ traditione,  
 & definitione dissentiant; asserunt  
 namque, tres solūmodo ordines pro-  
 priè, & verè in Ecclesia dari, nempe  
 Episcoporum, Præbyterorū, & Dia-  
 conorum: reliquos vero neque ordi-  
 nes esse, sed officia, neque intra cer-  
 tum numerum contineri. Italoannes  
 Caluinus libr. 4. Instit. cap. 4. & 19.  
 Martinus Kemnitius in Exam. Con-  
 cil. Trid. sub sess. 23. prout referunt  
 Bellarm. de controuers. Christ. fidei, *Bellarmino*  
 tom. 1. libr. 1. de Clericis, cap. 11. in  
 princip. Valent. comment. Theolog. *Valent.*  
 tom. 4. disp. 9. generali, puncto 2. as-  
 sert. 6. §. Porro sectarij. Aegid. de sa-  
 cram. disp. 20. de sacram. ord. dub. 2.  
 à princ. & alijs. *Aegid.*

Argumenta vero pro sua senten-  
 tia adducunt 1. auctoritatem D. Dio-  
 nysij Areop. qui in cap. 5. Hierar. Ec-  
 clesiast. trium tantūm ordinum me-  
 minit, videlicet Pontificum, Sacerdotū,  
 & Ministrorum. Potestque etiam ad-  
 duci (licet Doctores nō meminerint)  
 Sanctus Ignatius, qui in duabus epi-  
 stolis ordinem Hierarchicum à Dia-  
 conatu solo auspiciatus est. Inquit enī  
 in epist. 10. ad Smyrnenses: *Laici Dia-*  
*conis subijciantur: Diaconi Præbyteris;*  
*Præbyteri Episcopo, Episcopus Christo,*  
*vt & ipse Patri.* Et rursus epistol. 7. ad  
 Tharsenses: Præbyteri subiecti esto-  
 te Episcopo: Diaconi Præbyteris;  
 populus Præbyteris, & Diaconis, qui  
 hunc ordinis decorem seruauerint,  
 pro eorum animabus ego libēs meā  
 commutauero, & Dominus sit cum  
 eis perpetuo. *D.*

Secundo expendi potest in noui  
 testamenti diuinis scripturis nonnisi  
 de Episcopis, Præbyteris, ac Diaco-  
 nis ab Apostolis ordinatis mentionē  
 haberi

*Bellarmino**Valent.**Aegid.**D. Dion.**D. Ignat.*

4.

haberi, vt ex eorum lectione cōstat.

5.  
Cap. Nullus in Episcopum dist. 6.

Tertiò videtur facere in contrariū **A** tex. in cap. *Nullus in Episcopum*, dist. 6. ibi, *Hos siquidem solos primitiua legitur habuisse Ecclesia, &c.* Quibus verbis insinuat, solos duos ordines, Præsbyteratus, & Diaconatus (de quibus immediatè loquebatur) in primitiua Ecclesia fuisse.

6.  
Can. Apostolor.

Quartò asserunt Hæretici, Canones Apostolorum, sanctosq; Patres, variè, & diuersimodè ordines numerare. Nam in primis in canonibus 34.

Can. Apostolor.

aliàs 42. & 43. Apostolorum numeratur quinque, nempe, *Episcopi, Præsbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, &*

D. Hier.

*Cantores.* D. Hierony. in cap. 19. Isai. quinque etiam ponit, sed diuerso modo; videlicet *Episcopos, Præsbyteros, Dia-*

D. Ambr.

*conos, Fideles, & Cathecumenos.* D. Ambros. in cap. 4. Apostoli ad Ephes. similiter quinque ponit, sed loco *Can-*

D. Ignat.

*torum*, annumerat *Exorcistas.* D. autè Ignatius in epist. ad Antioch. & Epiphan. in fin. Pomarij plusquam septè recensent; addentes ordinem laborantium in sepultura mortuorum, & Ig-

Clemens. Auctor.

natius *Confessores.* Clemens etiam addit *Cathechistas.* Auctor denique tractat. de septem gradibus Ecclesiast. apud Hieronymum primum ordinè facit *Fossariorum*, id est eorum, qui sepeliunt mortuos, & vocat sacramentum. Ex qua varietate conijciunt Hæretici non esse numerum certum ordinum in Ecclesia stabilitum præter illum ternarium Episcopi, Præsbyteri, ac Diaconi, de quo in sacris literis mentio fit.

7  
Trident.

Verum in contrarium stat Catholica veritas definita à Conc. Trident. sess. 23. de sacram. ord. cap. 2. & can. 2. vbi non solum damnat eorum erro-

rem, qui asserunt, præter sacerdotiū non esse in Ecclesia Catholica alios ordines maiores, per quos velut per gradus quosdam velut in sacerdotiū tenditur; sed etiam in d. cap. 2. definit præter Sacerdotes, & Diaconos fuisse in Ecclesia statim ab ipsius initio alios sequentes ordines, nempe Subdiaconi. Acolithi, Exorcistæ, Lectoris, & Ostiarij. Et cap. 4. determinat Episcopos ad hunc Hierarchicum ordinem ordinem præcipuè pertinere. Ultra quod etiam certum est, & inter omnes Catholicos Doctores indubitanter receptū, præter supradictos ordines alios etiam reperiri in Ecclesia gradus, aut officia non ordine, & consecratione; sed dignitate, iurisdictione, aut ministerio spirituali, & Ecclesiastico inter se diuersos. Ex quibus omnibus veluti ex quibusdā membris cum dispari gradu, & potestate modo ordinis, modo iurisdictionis, & dignitatis Ecclesiasticæ Hierarchia Ecclesiastica constituitur, vt benè inquit Henric. in Sum. lib. 10. cap. 25. in princ. & cap. 26. etiam in princ. **B**

**C** Quod vt perfectiùs intelligatur, primò sciendum est, licet regimen monarchicum simplex, quo in Rep. vnus aliquis tantū supremus est princeps, cæteris omnibus gubernandī rationibus simplicibus sit perfectiùs, iuxta illam celebrem Homeri sententiam; *Multos imperare malum est, Rex vnicus esto;* quam ex similitudine à reliquis ducta animantibus, alijsque exéplis, & rationibus probat D. Hieronymus epist. 4. ad Rusticum, relatus in cap. *In apibus.* 7. q. 1. multisque adductis comprobatur etiam Nicolaus Sanderus de visibili monarchia Ecclesiæ lib. 3. ex cap. 3. cum sequentibus vsque

Henric.

8

Homer.

D. Hier.

Sander.

vsque ad fin. & est communis omnium  
 Doctorum sententia cum S. Thom.  
 1. p. q. 103. art. 1. & lib. 4. contra gent.  
 q. 76. eamque ex Aristot. alijsque tam  
 profanis, quam sacris auctoribus late  
 ostendit Bellarm. de controu. Christ.  
 fid. tom. 1. controuers. 3. generali lib.  
 1. de Rom. Pont. cap. 2. cum sequen-  
 tibus. Propter naturæ tamen huma-  
 nę corruptionem perfectissimū ferē,  
 & utilissimum, si & Aristocratia (quę  
 est regimen optimatum) fuerit tem-  
 peratum; & Democratia (quę inter-  
 pretatur populi totius imperiū) fue-  
 rit etiam admixta, vt optimè explicat  
 Bellarm. d. lib. 1. cap. 3. per totū. Nam  
 sub hac forma regiminis vnus tantū  
 erit princeps supremus, qui omnibus  
 imperet, locumq; haberet regia quæ-  
 dam monarchia cum omnibus illis  
 bonis, & utilitatibus, quę insunt gu-  
 bernationi monarchicę; erunt quo-  
 que in singulis ciuitatibus, & prouin-  
 cijs præfides, & gubernatores, qui nō  
 tanquam alienam, & vt vicarij supre-  
 mi principis, sed vt propriam vnus-  
 quisque prouinciam suam modere-  
 tur; sub imperio tamen, & subordi-  
 natione ad illum; & ita locum etiam  
 haberet optimatum principum Ari-  
 stocratia multo sanè utilior. Cum  
 enim certum sit vnum solum supre-  
 mum principem per se non posse om-  
 nes ciuitates, prouincias, & loca gu-  
 bernare, earumque regimen alijs ne-  
 cessariò ab eo sit cōmittendum, me-  
 lius, & utilius certè erit, si vnicuique  
 ex optimatibus vnius cuiusque pro-  
 uincię administratio, vt proprio illi-  
 us principi demandetur; quam si alij  
 veluti vicario principis supremi com-  
 mittatur. Denique ex Democratia  
 veniet, vt neque supremus ille, neque

alij inferiores principes sub eo hære-  
 ditaria, aliavè successione dignitates  
 acquirant; sed ex vniuerso populo  
 optimi quique ad eas eligantur; quo  
 regimine nullū aliud gratius, & ama-  
 bilius esse potest, siquidem illius om-  
 nes participes se esse posse sperant,  
 si merita suffragentur, & virtuti non  
 generi deferatur. Quem discursum  
 ita eleganter conficit idem Bellarm.  
 suprà d. cap. 3.

Vnde cum certum sit, Iesum Chri-  
 stum D. Saluatorem nostrū eam Ec-  
 clesię suę voluisse relinquere guber-  
 nandi rationem, quę omnium esset  
 perfectissima, & utilissima. Est enim  
 (vt inquit Apost. 2. ad Corinth. 9.)  
 Eminens gratia Dei in nobis, & donum  
 inenarrabile. Et ad Rom. 8. Qui enim  
 proprio filio suo non pepercit, sed pro no-  
 bis omnibus tradidit illum, quo modo non  
 etiam cum illo omnia nobis donauit? No-  
 tant Sander. proxime d. cap. 3. in prin-  
 cip. Bellarmin. cap. 1. in initio suprà.  
 Certum quoque esse debet eundem  
 Christum D. in Ecclesia militanti re-  
 liquisse regimen quidem monarchi-  
 cum, sed temperatum ex Aristocra-  
 tia, & Democratia, ita vt in illius sa-  
 cro principatu vnus esset supremus  
 Pontifex, monarchiam tenens. De-  
 inde Aristocratia quoque daretur E-  
 piscoporum videlicet, & cæterorum  
 inferioris gradus ministrorum Eccle-  
 się, & pastorum, qui non tanquam  
 vicarij Summi Pontificis; sed tanquā  
 proprij principes, & pastores vnus-  
 quisque locum suum administraret.  
 Et denique Democratia interueni-  
 ret, dum quilibet ex omni Christiano  
 populo ad prædictas dignitates, &  
 ordines euehi possit, si alias dignus  
 reperiatur; tradit in specie Bellarm.  
 suprà

Bellarmin.  
9.

2. ad Cor.  
9.  
Rom. 8.

Sander.

Bellarmin.

Bellarmin.

suprà d. cap. 3. in fin. Et in eodem cō-  
ueniunt etiam Doctores omnes Ca-  
tholici, vt videre est per D. Thom. d.  
lib. 4. cōtra gent. cap. 76. Turrecrem.  
lib. 2. de Ecclesia cap. 2. Sander. in su-  
pracitatis libris de visibili monarch.  
Eccl. Bellarm. proximè cap. 1. in fin.

10.

Secundò sciendum est, Ecclesiæ  
ministros, siue superiores illi sint, siue  
inferiores non solùm deputari ad ea,  
quæ sunt ordinis, cuius potestas ad  
verum Christi corpus refertur, quod  
cōtinetur in sacrosancta Eucharistia;  
sed etiam ad illa, quæ iurisdictionis

Glos. vlt.  
in c. Trā  
missa de  
elect.

C. Quod  
super sedē  
de offi. or.  
C. Aqua.  
de consec.  
Ecclis.

Estius.

Vieler.  
Sot.

Estius.

Fabiora.

Henric.

Ancharr.

dicuntur, cuius ministeria diriguntur,  
& occupantur circa corpus Christi  
mysticum, quod est Ecclesia, vt in ef-  
fectu sentit glos. vlt. in cap. Transmissa  
de elect. cui similis in cap. Quod super  
sedem, verb. committere de offic. ordin.  
& in cap. Aqua, de consec. Eccles.  
passimque hæc distinctio ministerio-  
rum ordinis, & iurisdictionis tam à  
nostris, quàm à Theologis recipitur,  
vt in proposito notat Estius super li-  
br. 4. sent. dist. 24. §. 3. in princip. ex  
eoque prouenit, quia potestas clauū  
duas sub se continet species; alia quæ  
dicitur potestas ordinis; alia verò,  
quæ iurisdictionis appellatur; quas  
varijs modis explicant Viet. relect. 1.  
sect. 3. n. 2. Sot. in 4. dist. 20. q. 1. art. 1.  
§. Veruntamen, cum alijs. Estius pro-  
ximè. Vnde fit, vt dignitas Ecclesia-  
stica sumatur per respectum ad pote-  
statē illam iurisdictionis in foro con-  
tentioso, vt notat Syluest. Ang. Fabi-  
ora, & reliqui Summistæ, verb. Digi-  
nitas. Henric. in sum. d. lib. 10. de ord.  
cap. 26. §. 2. vbi §. 3. definit, quod sit  
præ eminentia in gradu ratione iur-  
isdictionis. Et Ancharr. in Clement.  
si dignitatem de præbend. asserit, dig-

nitatem Ecclesiasticam esse administra-  
tionem rerum Ecclesiasticarum cum iu-  
risdictione: tradit etiam Cardin. in  
Clem. 2. vers. Quid est, de præbend.  
explicantque post alios Lælius Ze-  
chius de Repub. Eccles. cap. 24. n. 12.  
Quintanaduen. lib. 3. cap. 4. à n. 6.

Cardini

Zechius.

Quintan.

S. I.

De gradibus Ecclesiasticæ Hierarchiæ,  
quoad potestatem ordinis, qui or-  
dines Ecclesiastici commu-  
niter nuncupantur.

B

## SUMMARIUM.

- 1 Summus Pontifex Ecclesiasticæ Hie-  
rarchiæ caput, & de illius institu-  
tione.
- 2 Episcopi, & Presbyteri gradus con-  
stituunt in Hierarchia Ecclesiastica,  
& de eorum institutione.
- 3 Diaconi suum etiam Hierarchiæ gra-  
dum constituunt, & de eorum insti-  
tutione.
- 4 Subdiaconi, Acolythi, Exorcistæ, Le-  
ctores, & Ostiarij gradus constituunt  
in Ecclesiastica Hierarchia, & de  
eorum institutione.
- 5 Quod supradicti quinque ministro-  
rum ordines fuissent ab Apostolis in-  
stituti, probatur.
- 6 Psalmistæ, seu Cantores faciunt etiã  
suum Ecclesiasticæ Hierarchiæ or-  
dinem.
- 7 Supradicti Ecclesiasticæ Hierarchiæ  
gradus sunt illi qui per respectum ad  
diuinum altaris sacramentum in Ec-  
clesia reperiuntur.

D

**Q**uibus sic præiactis iam cer-  
nere est, qui, & quot sint  
ordines, gradusvè Ecclesia-  
sticæ

stica Hierarchiæ, siue sacri Ecclesiæ principatus. Nam iuxta prædicta, siue ad ministeria ordinis, siue ad potestatem iurisdictionis respiciamus, primum in illa gradum, seu magis caput constituit summus vnus Romanus Pontifex, apud quem totius Ecclesiæ regimen monarchicū residet, qui licet potestate quidē ordinis cæteris Episcopis sit æqualis, gradum proindē cum illis parem habeat in ordine Episcoporum; auctoritate tamē, dignitate, & iurisdictione omnibus est longe superior; ita vt supremus princeps huius sacri principatus, summusvè Hierarcha verè nominetur. Illius institutio ab ipsomet Christo D. facta est, cum Diuum Petrum, & principem constituit Ecclesiæ vniuersæ; eique sub clauium metaphora plenitudinem Ecclesiasticæ potestatis promisit Matth. 16. *Tibi dabo claves Regni cælorum.* Et postea pascendi nomine concessit Ioan. 21. *Pasce oues meas;* in eiusque primatum Romanum Pontificem, vt Petri successorem, eiusdem tamen Christi vicarium cōtinua successione vocauit, de quo sunt innumera Conciliorum, sanctorum Patrum, & Canonum testimonia, vt infra suo loco prima parte huius relectionis peculiari disputatione ostendemus.

Deindē quoad potestatem, & ministeria ordinis in eadem Hierarchia præminent Episcopi, postea sacerdotes, & præbyteri, vt dicit Isidor. in præsentī capite; & vtrorumque institutio à iure etiam diuino, & factō Christi D. descendit. Ille enim vt monarchicum Ecclesiæ regimen in Petro constitutum: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,*

Matth. 16. Aristocratia temperaret; vt supra duos distinxit ministrorum gradus, seu ordines, qui Petro subessent, & cum eodem præessent ouibus, ac pastoris officio fungerentur. Alios quidem maiores, qui veluti legati ad plenum Ecclesiæ regimen; atque subindē ad omnia pastoralia munia absque vlla restrictione fuissent deputati; quos Apostolos constituit Luc. cap. 6. paremque eis potestatem tribuit cum Petro loquens: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos,* Ioann. 20. Cyprian. in cap. *Loquitur.* 24. q. 1. cum multis alijs infra. Alios verò minores, qui tanquam horum coadiutores ad nonnulla ministeria; quibus aliàs Apostoli maioribus intenti adesse non poterant, sunt suffecti, hosque septuaginta duos discipulos nominauit, Luc. 10. Prout in effectu tradit Gratian. in princ. vers. *Simpliciter hac nostra dist.* 21. Anacletus Papa in epistol. de Patriarchis: prout refert Castro aduersus hæreses, verbo *Episcopus.* Estque text. elegans in cap. *In nouo.* 21. dist. In quorum sacerdotum locum maiorum, & minorum Episcopi, & præbyteri successerunt; Episcopi videlicet tanquam maiores in locum Apostolorum; contra verò præbyteri tanquam minores in locum discipulorum; vt asserit idē Anacletus in d. cap. *In nouo.* Urbanus 2. in cap. *Quorum vices.* 68. dist. & definiūt Conc. Colonien. de sacram. ord. §. *Præbyteri.* Trid. sess. 23. de eodem sacram. cap. 4. Neque latius hic probandum venit; quia etiam infra suis locis, in disput. scilicet de Episcopis; & in disput. de præbyteris plenissimē examinabitur.

Postea sequuntur Diaconi, vt etiā ait

Mat. 16.

Luc. 6.

Ioan. 20.

Cyprian.

Luc. 10.

Gratian.

Anac. Pa.

pa.

Castro.

Ca. In no.

uo. 21. d.

Urban. 2.

Conc. Col.

Trid.

3

ait

Mat. 16.

Ioan. 21.

2

Isidor.



ait Isidor. hic; quorū pariter institutio diuina fuit, nempe facta ab Apostolis ex Christo D. traditione Act. 6. ubi septē leguntur ab ipsis Apostolis ordinati cum oratione, & manus impositione; de iisdemq; sæpè mētio fit tam in epistolis D. Pauli, vt 1. ad Cor. 3. ubi docet, quales illos esse oportet, & sæpè alibi; quam in Actis Apostolorum, licet valdè dubiū sit, An dicto loco Act. 6. Diaconi fuissent ordinati ad ministerium altaris, & sacramentū ordinis suscepissent; an verò tunc solum ministerium mensarū prouiduis, & pauperibus fuissent constituti; anteaque, vel postea sacra ordinatione insigniti fuissent. Quam quæstionem latè controuertit in prædictum locū Act. 6. Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 236. capite 4. & 5. post alios antiquiores; de qua & ipsorum Diaconorum officio, potestate, ac consecratione postea etiam suo loco, & disput. dicitur.

4

Deinde numerantur Subdiaconi, Acolythy, Exorcistæ, Lectores, & Offitij, vt per Isidor. hic, & expressè docet Conc. Trid. sess. 23. de sacram. ord. cap. 2. & de Reformat. cap. 17. in princ. asserēs, ab ipso Ecclesiæ initio, & Apostolorum temporibus horum quinque ordinū nomina, & ministeria in usu fuisse. Et licet in scripturis noui testamēti non legamus ab Apostolis ordinatos, nisi Episcopos, Presbyteros, Diaconos; negari tamen nō potest, istorum quoque ordinum ministros ab iisdē fuisse institutos. Nam in Canon. Apostolorū 68. dicitur: *Si*

Can. Apo. *quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Lector, vel Cantor sanctam Pasche Quadragesimam non ieiunet, &*  
D. Ignat. *cat.* Et D. Ignatius (quem eodem

tempore, quo Apostoli vixisse constat, cuiusque Epistolas nullo prorsus dissentiente Catholica semper suscepit Ecclesia) epistol. 11. ad Antioch. sic scribit: *Saluto sanctorum Presbyterorum Collegium; Saluto sacros Diaconos.* Et paulò post: *Saluto Hypodiaconos, Lectores, Ianitores, Laborantes, exorcistas, Confessores; saluto Custodes sacrorum vestibulorum, Diaconissas, &c.*

Et hæc omnia ministeria enumerata ex Apostolica institutione fluxisse satis demonstrat, dum superius eosdem Antiochenos allocutus hæc ait: *Pauli, & Petri, fuistis discipuli; ne perdatis depositum.* Neque dubium moueat, Ignatium in prædicta epistola mentionem etiam facere de Cantoribus, & laborantibus; quia ibi non tantum ordines, sed etiam officia quædam recensuit Ecclesiastica, qualia erant in primitiua illa Ecclesia Cantorum, & laborantium; aliaque similia, quæ infrà declarabimus, prout aduertit eleganter Baron. Annal. tom. 1. anno Christi. 44. §. *Ignatius igitur.*

Insuper Summi etiam Pontifices, Concilia, & scriptores sacri hos quinque ordines inter alios suprā numeratos non tanquam rem in Ecclesia nouam; sed vt ab Apostolis acceptam sæpè commemorant. Diuus enim Clemens Apostolorum discipulus libro 8. Constit. declarat ritum ordinationis Hypodiaconi, & Lectoris ex constitutionibus Apostolorum Diui Thomæ, & D. Matthæi, vt capite 21. & 22. & Canone 6. meminit Hypodiaconi, Lectoris, & Cantoris. Cornelius item Papa scribens ad Fabium Episcopum Antioch. vt refert Euseb. lib. 6. Ecclesiast. histor. cap. 33. ait, *In Romana Ecclesia præter Presbyteros,*

D

teros,

Baron.

5

D. Clem.

C. 11. Pa. Euseb.

- teros, & Diaconos ordinari solitos Subdiaconos. 7. Acolythi. 42. Lectores, & Exorcistas, & Ostiarios in vniuersum. 52. Caius etiam, qui fuit Papa 29. à Petro; & antiquior Concilio Niceno, de illis agit in epist. ad Felicem Episcopum relata in cap. 1. 77. dist. Gelasius quoque in epist. 1. ad Episcopos Lucaniæ cap. 3. relatus in cap. *Si quis, de Religioso*, & in cap. *Monachus* seq. d. dist. 77. & cap. 9. vt refertur in cap. *Nullus*. 1. dist. 24. & in Conc. Carthag. 4. ex cap. 5. cum sequentibus, quæ referuntur in cap. *Subdiaconus*. 15. cum quatuor sequentibus dist. 23. Cyprian. etiam martyr lib. 2. epist. 10. Acolythi meminit. Et lib. 4. epist. 5. lectoris, & lib. 5. epist. 14. Lectoris, & Exorcistæ. Antiqui quoque scriptores Isidorus in nostro cap. *Cleros*. 21. dist. & in cap. *Perlectis*, 25. dist. Hugo de Sancto Victore lib. 2. de sacram. cap. 5. Gratian. in hac dist. 21. & sequentibus. Stephan. Eduens. in lib. de sacram. altar. 4. tom. Bibliot. sacr. Alcuin. in lib. de diuinis offic. 3. tom. Bibliot. Auëtor epistolæ ad Rusticum Narbonens. apud Hieronymum 9. tom. Raban. lib. de instit. Cleric. de illis agunt, prout hæc omnia, & alia testimonia ad propositum congerunt Bellarm. d. tom. 1. lib. 1. de clericis, cap. 12. Valent. d. tom. 4. disp. 9. de ordine, q. 1. puncto 2. asser. 6. Vasq. 3. tom. in 3. p. disp. 237. cap. 1. n. 5. 6. & 7. Henric. d. lib. 10. de ordine, cap. 2. §. 2. iuncto comment. lit. P. vbi in idem citat Ambros. Hieronym. Chrysof. Epiphani. & alios plures, Marius Scribon. in Theosim. disp. 7. de ordine q. 4.
- 6 Prædictis annumerat etiã Isidor. in præsentis, & in d. cap. *Perlectis*. 25. dist. Psalmistam, seu Cantorẽ, de quo agit Conc. Carthag. 4. c. 10. relatũ in cap. *Psalmista*. 23. dist. quem glo. verb. *Abbati*, in cap. *Cum contingat*, de ætat. & qualit. asserit, idem esse, atque primam tonsuram; idq; etiam planè supponunt Abb. Innoc. & Anchar. ibidẽ, & communis Canonistarum, asserit, ordinẽ verè esse Ecclesiasticum; imò & D. Clemens in canonibus Apostolicis Can. 60. meminit etiã Cantores. Et in canone Apostolorũ. 68. de Cantore etiam agitur, vt suprã cõmemorauimus. Durandus verò in 4. q. 2. n. 17. quẽ sequitur Vasq. suprã disp. 236. cap. 1. n. 12. vers. *ex dictis* quoque distinguit Psalmistatũ à prima tonsura, & tam vnũ, quàm alterum esse; de quo tamen, quia quæstio est, non cũ hæreticis; sed inter Catholicos Doctores satis controuersa, sequenti quæstione disputabimus.
- 7 Et hi gradus à nobis hucusque cõnumerati sunt illi, qui per respectum ad diuinum altaris Sacramentum, & ad ordinis ministeria, ac potestatem, vt diximus, in Ecclesiastica Hierarchia reperiuntur ordine, & consecratione inter se diuersi, quos (semota illa quæstione, An omnes sint propriè & verè ordines Ecclesiastici, de qua q. seq.) admittunt Doctores omnes Catholici absque controuersia cõtra hæreticos suprã relatos, plerosq; ex illis negantes, vt constat ex Magistr. in 4. dist. 24. in princ. vbi omnes ferè expositores. D. Tho. in addit. ad 3. p. q. 37. art. 2. vbi etiam omnes, Vasq. suprã disp. 236. à cap. 1. & sequentibus. & disp. 237. Henric. in sum. d. lib. 1. c. 2. Valent. d. disp. 9. de ordin. q. 1. punct. 2. asser. 3. 4. & 6. Bellarm. d. tom. 1. libro 1. de Clericis, cap. 11. cum sequentibus, & tom. 2. lib. 1. de sacram. ordin.

Conc. Carthag.

Abbas.

Innoc.

Anchar.

D. Clem.

Durand.

Vasq.

7

Magistr.

D. Thom.

Vasq.

Henric.

Valent.

Bellarm.

*Aegid.* ordin. à cap. 5. cum sequentibus, *Aegid.* de sacram. disput. 20. de ordine, *Scribon.* dub. 2. n. 6. & 7. *Scribon.* in Theosim. siue de sacram. disp. 7. de ordine, q. 4. *Pesant.* Alex. *Pesant.* in comment. in addit. ad *Filliuc.* *Ochagau.* 3. p. d. q. 34. disp. 1. concl. 2. *Vincent.* *Filliuc.* moral. quæst. tract. 9. de sacramen. ord. cap. 1. q. 6. & 7. *Ochagau.* in suis tract. de sacram. tractatu vnico de ordine q. 2. n. 1. & 4. *Guilhel.* *Estius.* in 4. sentent. dist. 24. §. 3. per totum. *Cardin.* *Baron.* *Annal.* tom. 1. anno Christi 44. §. Eiusmodi sacra vnctio cum duobus sequentibus. *Viuald.* in *Candelabr.* aureo tit. de sacram. ord. nu. 9. *Petr.* *Greg.* syntagm. iuris vniuersi p. 2. lib. 16. cap. 2. cum sequentibus à nu. 4. *Anast.* *Germ.* lib. 3. de sacror. immunit. cap. 3. à n. 31. vsque ad n. 66. *Sahag.* in exposit. ad sessionem 7. *Conc.* *Trid.* de sacram. cap. 6. de ordine, n. 8. *Nauar.* in *Man.* cap. 22. nu. 18. post *Ioann.* de *Turrecrem.* in nostro cap. *Cleros.* 21. dist. n. 10. cum tribus sequentibus.

## §. II.

De gradibus eiusdem Hierarchie quoad potestatem iurisdictionis, & quoad dignitates Ecclesiasticas.

## SUMMARIUM.

- 1 Quoad iurisdictionem per respectum ad dignitates Ecclesiasticas varij gradus reperiuntur in Ecclesiastica Hierarchia.
- 2 Illustrissimi Cardinales secundum gradum iurisdictionis constituunt in Ecclesiastica Hierarchia, & decorũ officio, & potestate.
- 3 Legati sedis Apostolica tertium gradum constituunt in ordine Hierarchico, & de eorũ officio, & potestate.

- 4 Quartum gradum constituunt Patriarcha, seu Primates, quænam fuisset eorum institutio, & potestas?
- 5 Gradum etiam constituunt Archiepiscopi, seu Metropolitanæ, & quæ à D. Petro, à quo instituti fuerunt, eisdem data sit potestas?
- 6 Episcopi suum etiam gradum constituunt; de eorum officio, & institutione, ubi de chorepiscopis remissiuè;
- 7 An Metropolitanæ ab Archiepiscopis distinguantur pro interpretatione text. in nostro cap. *Cleros.* vers. *Ordo Episcoporum.*
- 8 In ordine Presbyterorum, & Diaconorum diuersi gradus dignitatis reperiuntur in Hierarchico ordine.
- 9 In Ecclesijs Cathedralibus primum ordinem post Episcopos faciunt Archidiaconi in Ecclesiastica Hierarchia respectu iurisdictionis.
- 10 Secundum gradum in ipsis Ecclesijs Cathedralibus, dempto Episcopo faciunt Archipresbyteri.
- 11 An Decanatus olim fuisset & hodie sit diuersa dignitas ab Archipresbyteratu.
- 12 Tertium gradum in ipsis Ecclesijs constituunt Primicerij, & quod sit eorum munus?
- 13 Quartum Thesaurarij, & in quibus consistat eorum munus?
- 14 Quintum Magistri scholæ quid sit eorum munus, & an in Cathedralibus habeant potestatem remissiuè.
- 15 Sextum Prepositi, quod eorum officium apud nos, quod apud Germanos, & alios exteros.
- 16 Septimum Canonici, & an habeant dignitatem Ecclesiasticam?
- 17 Extra Ecclesias Cathedralis etiam reperiuntur dignitates ex ordine Presbyterorum, quarum primam gerunt